Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

HARVARD
DIVINITY
SCHOOL
Andover-Harvard
Theological Library

Digitized by Google
Распознавание текста
ABK/FR

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Migne, Jacques Paul

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD TEMPORA CONCILII TRIDENTINI (ANNO 1545) PRO LATINIS ET CONCILII FLORENTINI (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIMA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA ; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA ; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS, AUCTA ; INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS, SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA ; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA ; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA ;

DUCENTIS ET AMPLIUS LOCUPLETATA INDICIBUS AUCTORUM SICUT ET OPERUM, ALPHABETICIS, CHRONOLOGICIS, STATISTICIS, SYNTHETICIS, ANALYTICIS, ANALOGICIS, IN QUODQUE RELIGIONIS PUNCTUM DOGMATICUM, MORALE, LITURGICUM, CANONICUM, DISCIPLINARE, HISTORICUM, ET CUNCTA ALIA SINE ULLA EXCEPTIONE ; SED PRÆSERTIM DUOBUS INDICIBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, NE UNO QUIDEM OMISSO, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR ; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA POSTERIOR,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ AB ÆVO PHOTIANO USQUE AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA :

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ cleri universæ,

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA. LATINA, JAM PENITUS EXARATA, QUOAD PRIMAM SERIEM VIGINTI-QUINQUE ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, MOXVE POST PERACTOS INDICES STABIT, AC QUINQUE-VIGINTI CENTUM ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALIS AMPLECTITUR, ET AD NOVEM ET CENTUM VOLUMINA PERVENIT, SED SINE INDICIBUS ; POSTERIOR AUTEM HANC VERSIONEM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA QUINQUE ET QUINQUAGINTA VOLUMINA RETINETUR. UTRAQUE VIGESIMA QUARTA DIE DECEMBRIS 1860 OMNINO APPARUERAT. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM, SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM, 326 VOLUMINIBUS PRO AMPLIORI EDITIONE ET 272 PRO MINORI ABSQUE INDICIBUS CONSTANTEM, COMPARET NECESSE ERIT ; SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT. ATTAMEN, SI QUIS EMAT INTEGRE ET SEORSIM COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EAMDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO NOVEM VEL PRO SEX FRANCIS OBTINEBIT. ISTÆ CONDITIONES SERIEBUS PATROLOGIÆ NONDUM EXCUSIS APPLICANTUR.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS CX.

GEORGIUS MONACHUS, COGNOMENTO HAMARTOLUS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE, EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1863

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

DR
60
.M38
!.110

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

SÆCULUM X. ANNUS 914.

ΧΡΟΝΙΚΟΝ

ΣΥΝΤΟΜΟΝ

ΕΚ ΔΙΑΦΟΡΩΝ ΧΡΟΝΟΓΡΑΦΩΝ ΤΕ ΚΑΙ ΕΞΗΓΗΤΩΝ

ΣΥΛΛΕΓΕΝ ΚΑΙ ΣΥΝΤΕΘΕΝ

ΥΠΟ

ΓΕΩΡΓΙΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ

ΤΟΥ ΕΠΙΚΛΗΝ

ΑΜΑΡΤΩΛΟΥ.

CHRONICON BREVE

QUOD EX VARIIS CHRONOGRAPHIS ET EXPOSITORIBUS DECERPSIT CONCINNAVITQUE

GEORGIUS MONACHUS

COGNOMINE

HAMARTOLUS.

PRIMUS AD FIDEM CODICIS MOSQUENSIS, ADJECTA PASSIM VARIETATE RELIQUORUM CODICUM, NEC NON LEONIS GRAMMATICI ET CEDRENI, ET ANNOTATIS LOCIS S. SCRIPTURÆ, PATRUM ECCLESIASTICORUM ET CÆTERORUM SCRIPTORUM LAUDATIS, ANNISQUE ANTE ET POST CHRISTUM NATUM IN MARGINE ADSCRIPTIS, GRÆCE EDIDIT

EDUARDUS DE MURALTO.

EDITIO PARISIENSIS JUXTA EDITIONEM PRINCIPEM, ADJECTA LATINA INTERPRETATIONE, TYPIS REPETITA

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS UNICUS.

VENIT 10 FRANCIS GALLICIS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1863

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO CX CONTINENTUR.

GEORGIUS MONACHUS, COGNOMENTO *HAMARTOLUS*.

Prolegomena. 1° De Georgio monacho et de continuatoribus ejus et exscriptoribus; 2° de codicibus. col. 9

Chronicum breve, ab orbe condito ad annum post Christum natum 840 et a diversis scriptoribus ad annum usque 1143 continuatum. Ex editione Petropolitana principe quam anno 1859 procuravit vir doctus Eduardus de Muralto, qui, pro sua humanitate, nobis ut in Patrologia nostra locum obtineret potestatem fecit. 41

PHILADELPHIA
DOMUS STUDII

Parisiis. — Ex Typis J.-P. MIGNE.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

PROLEGOMENA.

CAPUT PRIMUM.

De Georgio monacho dicto Hamartolo et de continuatoribus ejusdem et exscriptoribus.

[I-V*] § 1. Constantinus jam Porphyrogennetus hanc Georgii monachi Chronographiam *excerpsit* in codice Vaticano N. 1418, p. 175; cujus verba de Chosroe p. 565 editionis nostræ inveniuntur conferenda cum illis quæ p. XXIII (col. 26) illo e codice exscripsimus. Alterum fragmentum a Porphyrogenneto e Vita Leonis Isauri in codice Vaticano 1246 f. 40 laudatum vide p. 629 editionis hujus in qua solum adjectivum Ἀτραμιτινὸν desideratur.

Georgii loci a Glyca laudati in nostro libro primo et in secundo c. 14 diserte leguntur; non vero Georgii Syncelli sunt, qui Kaini uxorem p. 14 *Assuam* vocat, non *Azuram* ut Glycas Georgium secutus p. 221; idem p. 223 dicit : Ὁ δὲ Γεώργιος οἰκτρῷ θανάτῳ τελευτῆσαι τὸν Κάϊν φησίν, Syncellus vero 19 : Κάϊν ἀπέθανεν ἐμπεσόντος ἐπ' αὐτὸν οἴκου ' sed Georgius noster p. 5 et hanc et deteriorem mortem refert, scl. ab ipso filio Kaini illatam. Glycas p. 294 jejunium e Georgio memorat Moysis octoginta dierum continuorum, quod chronographus monasticus primus calculaverat p. 85, cum Syncellus p. 255 duas tantum quadragesimas, sed inter se distinctas habeat.

[VI] § 2. Scriptor ipse se *monachum* pluries significat (cc. CXVIII, CXIX, CLXXV, CLXXX, 3, CXCI, 3, 10, CXCIV, 3, CXCV, 5, CXCVIII, 7, 9, 10, CC, 3, 4, 19, CCV, 9-12, CCVIII, 4-7, CCXXV, 6, CCXXVI, nota, CCXXXII, 9, CCXXXIII, 2, CCLI-CCLIII, 32, CCLIV, 1, CCLVI, 1, CCLIX, 14, CCLXVIII, 3, et quidem *deserti Nitritici* (CXCIV, 3).

§ 3. *Alexandrinus* fuit Georgius monachus aut Alexandrinum scriptorem ante omnes consuluit, si mentionem hujus urbis et Ægypti sæpius cæteris omnibus factam consideras (ex. gr. cc. C, CLXXV, CLXXXIII, CXCVIII, CC, CCV, 12, CCXXIII, 11, CCXXV, CCXXVI, 5, CCXXX). Certe Constantinopolitanus non fuit, cum contra Constantinopolitanorum Cæsareo-papismum et iconoclasiam consensum orbis Christiani in testimonium afferat c. CCLXII, 26, quamvis urbem regiam ad idolorum et monachorum cultum ** reversam c. CCLXIII, 5 Theupolin nominet.

§ 4. *In Præfatione*, cujus formula introductoria, Οἱ ἔξω κτλ. pp. 76, 346 et 469, de scriptoribus sæcularibus a chronographo Christiano repetitur, monachus noster vel, ut ipse e more inter viros ecclesiasticos usitato se nuncupat (4, 8), ὁ Ἁμαρτωλός, promittit se opus suum quatuor libris absoluturum, quorum ultimus imperatores Christianos exhibeat inde a primo Constantino *usque* ad ultimum (τελευταίου, cf. p. 223), quem scriptor noverat Michaelem III, vel potius usque ad *restitutum monachorum ordinem* (p. 2), *et imaginum cultum* a concilio anni 842 *iterum stabilitum*.

Hic orthodoxiæ restauratæ annus terminus non solum, sed etiam finis conscribendæ historiæ Georgio monacho fuit, sicut apparet e capitibus CCXLII, 13, CCXLVIII, 10-13, 15, CCLXII, 18.

§ 5. Ipse vero *haud diu post hæc tempora scripsit*, quod colligere licet 1° ex eo quod scriptor Græcus *Romanam Ecclesiam* præ Orientali ab Iconoclastis corruptam *extulit*, et quidem talem in modum qui tempore Photiano (inde ab a. 854) vel, Ecclesia Orientali cum Romana dimicante, cogitari amplius nequit. Confer etiam p. 276 traditiones Romanas a Græcis diversas, sed ideo minime [VII] improbatas; 2° quod p. 634 *litterarum studium sub Michaele et Theodora renovatum* esse dicitur, quæ laus jam Michaeli inde ab a. 856 sine matre regnanti amplius non conveniebat. 3° Vindobonensis tantum præfatio, a manu recenti restaurata, cum versionibus Slavonicis τελευτήσαντος pro τελευταίου habet; unde Hodius (in præfatione ad Malelam p. LXXV ed. Bonnensis) aliique conjecerunt, opus quod in a. 842 desierit, non esse ejusdem scriptoris qui usque ad Michaelis mortem, scl. usque ad a. 868 progredi voluisset. Quæ conjectura cum nullo alio quam lectionis Vindobonensis et Slavonicæ fundamento nitatur contra optimorum codicum lectionem, 4° etiam *clausulæ* antiquissimæ Coislinianæ (134), Palatinæ et Mosquensi repugnat, quæ post relatam synodum anni 842 adnotat : Ἕως ὧδε τοῦ Γεωργίου, ἀπὸ τοῦδε τοῦ Λογοθέτου (p. 721). Quod si vero in fine libri quinti (p. 851) legitur, Τετέλεσται καὶ τὰ τοῦ Λογοθέτου, inde sequitur hunc solum librum, non vero IV priores Logothetæ esse, cujus relatio eodem

* Paginæ editionis Petropolitanæ hic numeris Romanis inclusis, at in textu Græco Arabicis grandioribus repræsentantur. Sciat autem Lector, lineas non : b initio columnæ nostræ, sed inde a cifra grandiori computandas esse.

** Verba viri docti et de nobis bene meriti non mutamus, sed nostra non facimus. Edit. Patr.

377

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

modo finem habere dicitur, quo Georgii finis indicatur. 5° *Antiquissimus omnium codicum*, Coisliniauus 310, sæculi x, sicut et Parisienses 1705 et 1706, præter quatuor libros in a. 842 desinentes nihil omnino habent, atque solus qui usque Michaelis III ad mortem produci dicitur Oxoniensis, continuatorem cum cæteris codicibus exhibet. — 6° Notandum est *in enarrandis rebus a Leone Armeno* (813-820), *Michaele* II (820-829) *et Theophilo* (829-842) *gestis* scriptorem *maxime diffusum* esse ; in Vitis imperatorum præcedentium, quorum æqualis non fuit, multo breviorem. Cl. quidem longam *de originibus monasticis* digressionem (p. 242, 268), tempore Iconomachorum et quidem post Constantinum Copronymum scriptam, qui monachos utpote imaginum acerrimos defensores haud minus impugnasse dicitur quam ipsas imagines; ejus vero ultimos in annos (763-775) plura cadunt quorum traditionem paternam potius quam sui ipsius testimonium scriptor affert (c. CCXLIII, 34-40). 7° *Theophili* autem *æqualem* fuisse colligi poterit e c. CCXXIV, 16. — 8° Idolorum gentilium cultum, quem hellenismum vocat, cum sæpius refutasset Georgius (cc. IV-VIII, CXCI, CC, CCXXVII, 18, CCXXXV, 13, 14, CCXLVIII, 10), eo acrius [VIII] imaginum Christianarum cultum defendit (c. CXV, CXCI, CCXXVI, CCXLVIII, CCLIII, CCLXII). Unde efficitur eum hæc scripsisse *qui vix triumphantes imagines viderit* earumque alteram eversionem omnibus modis prohibendam sibi proposuerit.

§ 6. Ipse se *tractatum de Paulicianis* scripsisse profitetur (c. CCXXXVIII, 14, 48), e quo relationem iisdem de sectariis Vitæ Pogonati inseruit. Hæc autem et quæ de Manete retulit Georgius C, CLXII, Petrus Siculus, qui de Paulicianis circa a. 870 scripsit, repetitisse videtur pp. 36-66, 16-18 et 30 editionis Raderianæ Ingolstadii 1604.

§ 7. Præter *libros a Georgio excerptos*, editos et ineditos, quos auctorum tabula recensebit, sed quorum nullus Nicephorum († 829) excedit, chronographus noster usus esse videtur scriptis ab ipso diserte non laudatis, ex. gr. c. XCIV, 3, ubi testis oculatus anni 370 loquitur, c. CXXVIII ubi quingentos tantum annos inde ab Adriano imperatore elapsos enumerat alius scriptor.

§ 8. Quod vero *scriptoris indolem* attinet, in iis, quæ quinto libro et sequentibus leguntur 1° nulla *loca bibliorum, Patrum* ecclesiasticorum aliorumque *usque ad Nicephorum* († 829) *scriptorum* laudata inveniuntur quæ ubique IV *primis in libris* obvia sunt, sicut jam auctorum index ostendet ; neque post a. 843 inveniuntur *paræneses* illæ dogmaticæ, polemicæ et morales, quas ipse Georgius nominat digressiones (p. 51, 131, 150, 206, 253, 285, 327, 329, 332, 336, 357, 362, 369, 415, 420, 430, 436, 482, 485, 541, 548, 572, 581, 591, 597, 598, 604, 640, 643, 677, 686, 689, 692, 694, 708, 710). Deest inde a quinto libro illa *enumerandi methodus* in argumentando a Georgio sæpius adhibita (p. 6, 82, 124, 137, 232, 304, 362, 527, 607). Sunt *alia plura* quæ *scriptorem omnium quatuor priorum librorum eumdem* esse evincant ; v. c. eadem *de barbarorum virtutibus et moribus* referuntur (p. 26 et 264) ; *reges Christiani cum Judaicis* vel eorum inimicis [IX] ex. gr. Senacherimo sæpius *conferuntur* (p. 680, 684, 695); *eadem Scripturæ sacræ loca* laudantur (p. 338, 375, 589, 698, 720, 322, 680, 695, 709); idem denique *mos verborum argumentandi* (p. 2, 300, 595, 611, 644, 649, 654, 662, 683, 685, 686, 689, 699, 702, 707, 708). — 2° Altera ex parte *notæ chronologicæ Symeonis* (747, 761, 788, etc.) *et etymologicæ* quatuor primis in libris prorsus desiderantur. Omnia quæ Georgii vocari possint chronologica, sunt ea quæ pp. 279, 510, 611, 637, 638, 659, 661, 671, 674, 680, 701 inveniuntur ; quin imo res ab ipso relatæ sæpius *contra omnem temporum ordinem dispositæ* sunt (p. 612, 674, 678). Quæ vero in ed. Parisiensi inde ab a. 813 leguntur notæ chronologicæ, cum nec in Coisliniauis codicibus nec in Mosquensi inveniantur, e codice Regio recentiore adjunctæ, Georgio non sunt attribuendæ. Præterea *totus sermonis tenor* inde a quinto libro alius est, scilicet magis barbarizans et latinizans, quod glossarium in fine adjunctum luculenter ostendet. Sunt et *in rebus discrimina*, ex. gr. Logotheta p. 724 Michaelem II nominat Rangaben, non Curopalaten, ut fecerat Georgius ; ad a. 813 Symeon facit *Crummum* in Bulgariam revertentem, non vero tentoria sua ante urbem figentem, ut Georgius de Crumo refert; Logotheta captivos Macedones trans Danubium, et non Danubii in ripis, collocat sicut Hamartolus : de Cordule multa attingit ille quæ narrasse perhibet in Vita Theophili, de quibus in Georgio æque ac in Symeone edito (breviario ejus quod ipse Logotheta scripserat chronici) altum est silentium ; sed inveniuntur hæc in Continuatore (c. 5-9), qui eodem e Symeone sua videtur hausisse. Similiter de Baldimere, patre Symeonis Bulgari et cæteris, quæ monachi non intererant, sed ejus qui dynastiæ Macedonicæ æqualis fuit et muneribus functus, ut Logotheta, apud illum nulla est mentio. Denique inde a quinto libro, sicut e farragine variarum lectionum patebit, *discrimen codicum longe majus est* quam in primis [X] quatuor libris qui ejusdem sunt scriptoris, sequentes vero variæ Logothetæ epitomæ.

§ 9. Codicum XXV, qui hucusque innotuerunt hujus chronographi, *variæ lectiones* nec plures nec graviores sunt nec inter sese magis discrepant quam cæteris in scriptoribus sæpius descriptis evenire solet, vel *librariorum incuria* vel eorumdem *augendi et emendandi studio*, qui nunc lineas integras ex homoioteleuto omittunt (quod et in typographiis quotidie accidere solet), nunc glossas marginales in textum recipiunt. Hoc vero et in Leone Grammatico et Cedreno, Georgii descriptoribus vel epitomatoribus et Coisl. 305 factum sæpius inveniemus, collatis ex. gr. pp. 461, 598, 499 editionis nostræ.

Codicum autem *Coislinianorum* 310 et 305 lectiones variæ ad annos 813-842 notatæ, illorum qui hos

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

codices descripserunt *exornandi studium*, non vero alium chronographum quam qui cæteris in codicibus invenitur, arguunt.

Quod si *in vitis trium primorum imperatorum Christianorum* enarrandis majorem in modum quam in cæteris discrepant inter se codices Mosquensis, Vindobonenses duo, Monacensis uterque et Venetianus, neque id alium scriptorem fuisse demonstrat, sed potius *eumdem* hæc, quæ ei maximi momenti erant, Christianæ politiæ initia (2,25) *sæpius retractasse*.

Venetianus denique totam primi et secundi libri materiam paginis sex *coarctavit*.

Cæterorum quotquot loca exscripta habere potuimus codicum lectio cum Mosquensi adeo consentit, ut quamvis diversis ascribantur auctoribus, *ejusdem* tamen *Georgii fuisse* colligendum sit. Quod *ex ipsa lectionis varietate* apparebit, scilicet 1° antiquissimi codicis Coisliniani 310 in Vitis Copronymi et sequentium imperatorum usque ad initia Michaelis III; 2° Coisliniani 305 in Vitis Tiberii, Caligulæ, Neronis et Constantini Magni atque in locis ex omnibus quatuor libris a Montfauconio laudatis, nec non pp. 427-432; 3° Coisliniani 134 et editionis a Combefisio Parisiensibus e codicibus [XI] paratæ in Leone III et seqq. ad quam Hasius lectiones hujus codicis Coisliniani usque ad p. 720 editionis nostræ excurrentis adnotavit; 4° Ambrosiani p. 1-4; 375, 399; 476-496. 5° Vaticani 154 p. 4, 19-27, 6; 6° Vat. 153 a. 842-948; 7° et 8° Parisiensium 1705 et 1706; 9° et 10° Barocciani utriusque; 11° Oxoniensis p. 7, 6-65, 2; 12° et 13° Monacensis utriusque, et 14° et 15° Vindobonensis utriusque in Vitis Constantini M., Constantis, Juliani, in Heraclio et Heracleona, Stauracio et Michaele III. Præterea *præfationem* Vaticanam et Coislinianam 305 cum Ambrosiana, Monacensi, Augustana, Vindobonensi utraque et *Lipsiensi*, quæ eam truncam eodem ex exemplari repetierunt, nec non cum Lipsiensi paginas 564-587 conferre potuimus. Denique ea quæ Glycas e Georgio et quæ *versiones Slavonicæ* variis in locis laudatæ afferunt, et hæc in Mosquensi codice fere omnia reperiuntur.

§ 10. Quod si *rubricæ* in codice Mosquensi haud omnes inveniuntur quæ in tabula codici Monacensi secundo præmissa habentur, hoc e defectu nentiquam colligi potest scriptorem alium ab hoc codice et alium ab illo repræsentari; sed hoc tantummodo inde sequi videtur, rubricas has quæ *diversæ* etiam Parisiensibus in codicibus et in Vindobonensibus nec non in Vaticanis reperiuntur, non ab ipso scriptore, verum a descriptoribus vel librariis (ut Mediceo et Mosquensi) in margine ascriptas et recentioribus in codicibus tabulæ in formam conscriptas esse.

§ 11. *Quintus* vero liber, qui ab anno 842 ad a. 945 extenditur, sed ab auctore scriptus qui Romano I (917-945) coætaneus fuit (cf. p. 857 et 847, ὡς οἱ νῦν σοφοὶ), et certe a. 959 adhuc vivebat, cum Porphyrogenneti annos enumeret, scilicet a Symeone Logotheta inde ab anno 904 noto (p. 785); et *sextus* qui continuationem ulteriorem ad a. 1071 ejusdem Logothetæ operi adjunctam exhibet, magna varietate in diversis quos habemus codicibus, inter se discrepant; videntur igitur *variæ illius chronographi epitomæ* a pluribus factæ *diversis Georgii codicibus adjunctæ* esse; nam nonnulli ex his cum libro qui nunc Symeonis Logothetæ sub nomine fertur, et qui ipse tantummodo epitomen hujus scriptoris [XII] præbet, sæpius concordant quam alii Georgii codices. Ex. gr. Vaticanus 133 cum versionibus Slavonicis *contra reliquos* codices Græcos consentit. Confer varias lectiones in capite primo Vitæ Michaelis III et p. 849, ubi ipse scriptor ampliora promittit, quæ in solo Continuatore c. 4 Vitæ Constantini Porphyrogenneti reperiuntur. Interdum vero continuator Georgii editus, qui et in codice Mosquensi invenitur, cum Symeone contra Vaticanum consentit. Cf. in Vita Basilii c. 2; in Leone ejus filio c. 35 τοῦτο codicis Mosquensis p. 788 a Symeone edito explicatur τὴν τετραγαμίαν, a codice Vaticano τὴν ἱερωσύνην. Sed ubique *idem rerum ordo* observatur, eadem series chronologica, cum *amplitudine* tantum excerpta inter se *differant*, et Symeon editus plerumque brevior sit verbis, sed notis chronologicis instructior. Symeon editus in Constantino P. c. 8 matrem ejus Zoen memorat ab Alexandro e palatio ejectam, qua de re in Vita Alexandri edita nihil legitur. Similiter Symeon editus Romani I in Vita c. 50 de mense aliquo loquitur tanquam jam nominato; sed c. 49 de Decembre sermo fuerat, non de Augusto, qui apud cæteros scriptores h. l. invenitur; unde sequitur in Symeone edito plura omissa esse. In c. 58 *epitomator Symeonis* (non vero continuator ejusdem inde ab a. 945 vel 949) ostendit se *multo recentiorem* rebus a. 944 narratis (ὡς οἱ νῦν σοφοὶ), sed historiam suam sicut Leo Grammaticus qui a. 1013 scripsit, haud amplius quam usque ad dynastiam Porphyrogenneti post Lecapeni ejusque filiorum decessum (948) denno firmiter stabilitam perducere voluerat, cum continuator Theophanis usque ad a. 963 et Symeon continuatus usque ad a. 962 excurrant. Symeonis ætas jam inde colligitur quod p. 747 et 750 ad annos 866 et 867 plures viri a filiis eorum, tempore scriptoris (c. a. 900) notis designantur, et quod p. 758 Theophylactus Abastactus tanquam pater Romani imperatoris (inde ab a. 920) memoratur. Cf. 763 cum 770 de Constantino et Zoe simul regnantibus (913-920).

§ 12. *Sextus liber* inde a p. 858 continuationem exhibet, quæ in codicibus Parisiensi 1708 et Marciano 608 legitur; in hoc [XIII] quidem ab a. 945 ad a. 1078 tantum et quidem inde ab a. 963 brevissimam, Vitas patriarcharum potius describentem quam imperatorum. Quam ob rem eam, quamvis antiquior sit, ampliori continuationi codicis Parisiensis, tum e Zonara petitæ, tum recentiori idiomate scriptæ subjiciendam esse duximus.

§ 13. *Septimus* liber de creatione e Symeone et *octavus* liber ad annum 1143 continuatus in nostro

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

codice inveniuntur solo; sed interpres Slavonicus partem octavi libri nostri, quæ ad a. 842 extenditur, eodem modo operi suo tanquam appendicem adjunxit.

§ 14. Cedrenus, qui usque ad a. 1057 scripsit, et Leo Grammaticus, qui a. 1013 chronographiam suam absolvit usque ad a. 948 perductam, plerumque epitomen tantum Georgii et continuatorum ejus exhibent. Quod vero de Leone dictum est, idem et de Julio Polydeuce et Theodosio Melitino valet. Ex. gr. fabula de vulnerato et musca, quam Georgius CXIV, 2, enarrat, ab his scriptoribus nonnisi paucis verbis tangitur. Similiter iidem totum tractatum de rebus post mortem eventuris vitæ Constantini, Heraclii filii, a nostro c. CCXXXII insertum omittunt, nec non quod ille de clade ejusdem Constantis refert CCXXXIII, 4, et plura de Palæstina CCXXXVI, 6, 9. Sed alibi Cedrenus amplior est quam Georgius, ex. gr. c. CXV, 2, in epistola Christi ad Abgarum, CLXXVII et CLXXIX in Actis S. Silvestri, CCXXXIV, 6-10 in morte Constantis f. Heraclii, CCXXXV in vita Mohammedis, ubi tamen § 12 duas integras lineas Cedrenus ex homoioteleuto omisisse deprehenditur; propria eidem sunt præterea quæ ad CCXXXVII, 3, de fratribus Pogonati apposuimus; CCXXXIX, 1, de imaginum cultu; 2, de oppugnatione CP.; 8, de Bulgarorum incursione; CCXL de Mardaitis, CCXLII de Justiniani II reditu usque ad Artemium. Inde a Michaele I nimium variat Cedrenus a Georgio quam ut cum eo amplius conferri possit; quare varietati illius sub textu adnotandæ exinde locus non erat, ubi alios scriptores præter Georgium nostrum secutus esse videtur. Leo Grammaticus vero, ejusdemque farinæ scriptores Julius Polydeuces (P.) et Theodosius (Th.) puri et puti exscriptores Georgii [XIV] esse videntur, cum proprii nihil habeant, sed brevioribus tantum verbis et communibus utantur, ubi chronographus noster longior vel diffusior vel obscurior iisdem videretur. Quare varietatem harum epitomarum paucis in locis, qui corrupti habendi sunt, adnotavimus. Leo corrigendus est e Georgio, cum compendia scripturæ ab editore Leonis sæpius perperam resoluta sint. Cf. in Vita Romani I § 37, p. 846, et in f. 851, προτελευτᾷ pro Πρώ(τῃ)τελευτᾷ.

§ 15. Itacismi *errores* in codice nostro obvios tacite emendavimus, et quæ sensum turbabant, v. c. p. 142, 151, 160, conjecturis in textum receptis pro viribus sanare studuimus, codicis tamen lectione in margine inferiore annotata; cætera iis qui aliorum codicum ope frui poterunt, emendanda reliquimus. Alias conjecturas quæ ad sensum eliciendum minus necessariæ videbantur, in farraginem lectionum relegavimus; similiterque solœcismis, quibus scriptores Byzantini hujus ætatis referti sunt, emendandis, scilicet participio relativo in absolutum mutando (ut p. 8, 23, 15, 117, 118, 120, 151, 154, 448, 478, 489, 502, 507, 518, 541, 551, 556, 562, 571, 589, nota, 590, 500, 613, 635, 638, 645, 697, 719, apparet) supersedimus; nam ætatis jam sunt vitia et scriptoris, non descriptoris aut codicis, ut et formæ θυγατέραν, Δίαν, etc., in scriptoribus quoque ecclesiasticis obviæ. Confer etiam πλὴν adverbialiter usurpatum p. 109 et 118, appositionem alio casu positam 474, 622, 653, anacolutha 676, 688.

§ 16. Quæ *uncis* [ ] *inclusa* sunt, in codice nostro, excidisse videntur librarii incuria, atque e Cedreno, Leone vel aliis e codicibus Georgii suppleta sunt, quotquot nobis præsto erant.

Quæ *signis parenthesium* ( ) continentur, a Cedreno omissa sunt.

A. = codex Ambrosianus.
[XV] *Ath.* = Athanasius.
B. = Basilius Magnus.
Bar. 1, 2 = codices Barocciani
C. = Coislinianus codex 154.
Ced. = Cedrenus.
Chr. = Chrysostomus.
Coisl. 310 et 305 = Coisliniani codices 310 et 305.
Cod. = codex Mosquensis.
Const. Constitutiones apostolorum.
Cont. = Continuator Theophanis.
Cyr. = Cyrillus.
D. = Dionysius Areopagita.
Ep. = Epiphanius.
Gr. = Gregorius.
Hom. = Homiliæ Pseudo-Clementis Romani.
Jos. = Josephus Flavius.
Is. = Isidorus.
L. = Leo Grammaticus.
Lips. = codex Lipsiensis.
M. = Maximus Confessor.
M. 1, 2 vel *Mon.* 1, 2. = codices Monacenses 1 et 2.
O = codex Oxoniensis.
P. = editio Parisiensis, invito, ut Hasius testatur, codice Par. 1705.
Pal. = codex Palatinus.
Par. = codices Parisienses 1704 — 1708, præcipue Regius 1705.
P. et *Pol.* = Polydeuces, edd. Bianconi et Hardtius.
R. = Regum libri.
Th. = Theodosius Melitinus, cujus lectiones variantes exscripsit doctissimus vir G. L. Fr. Tafel.
V. = 1, 2 codices Vindobonenses 1 et 2.
Vat. = codices Vaticani 154 et 153, præcipue prior.
Ven. = codex Venetus.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY/FR

[XVI] CAPUT II.

De codicibus.

SÆCULI X.

1. *Coisl.* 310. « Coislinianus 310, olim 302, membranaceus, X S., foliorum 259, quorum sex [septem, secundum E. Millerum] prima et quatuor ultima bombycina, ex libro quodam Officii [ecclesiastici, Miller] excerpta sunt. Fuit olim lauræ S. Athanasii in monte Atho, [f. 8°, ubi] manu recentiore scribitur Ἱστορία Γεωργίου μοναχοῦ, sed nomen ejus prima manu exaratum non reperitur; at sive erasum sive nunquam positum fuerit, *hoc chronicon idem ipsum est quod habetur codice* 305. Sed in hoc ms. [initio scilicet *deficiente*] Prologus — non habetur, in quo dicitur Georgius scripsisse Chronicon suum tempore Michaelis — qui imperare cœpit a. 842. Et sane Chronicon *ad usque inchoatum Michaelis et Theodoræ imperium continuatur.* Omisso itaque prologo titulus sic se habet f. 8° : Ἀρχὴ σὺν Θεῷ τῆς γενέσεως. Αὕτη ἡ βίβλος γενέσεως ἀνθρώπων ᾗ ἡμέρᾳ ἔπλασεν, κτλ. [p. 4, 19]. In principio historiæ statim de regnis Assyriorum, Persarum, Ægyptiorum et Græcorum agit, ubi multa de Alexandro Magno fabulis plena [liber primus]. Postea vero resumit a rebus Hebræorum usque ad Christum [liber secundus]. Demum sequitur Augustorum [liber tertius], imperatorumque [Christianorum, liber quartus] historia usque ad Michaelem Theophili filium. Hic scriptor excurrit sæpe multaque admiscet ad rem non pertinentia de astrologia, de magia, de deorum origine et nominibus [scilicet ut discrimen inter idololatriam et imaginum cultum Christianum demonstraret]. Non pauca loca affert ex Josepho et Chrysostomo et aliis. » — Sic Montfaucon in *Bibliotheca Coisliniana*, p. 425. Doctissimus vir Em. Miller, qui varias lectiones a textu Bonnensi (p. 763 — 814) 4, nostrum in usum amicissime notavit, hanc post verbum ἀλάστορος (p. 720, 17) clausulam invenit : Τέλος ἐνταῦθα τοῦ χρονικοῦ βιβλίου. Lectiones illæ sub textu codicis Mosquensis a nobis exscriptæ satis superque cuique eas conferenti ostendent *textum* Coislinianum pluribus in locis jam esse *emendatum* et quidem ab illo, qui codicem hunc descripsit ; nam melior hæc lectio in deteriorem vulgatam mutata esse non potest, si ab antiquo in Georgio aderat, nec sola incuria librariorum lectio vulgata explicari potest c. CCXII, 19—24, ubi argutiæ sermonis et lusus vocabulorum secundam demonstrant redactionem vel potius locorum quorumdam variationem exornandi gratiæ susceptam.

SÆCULI XI.

2 *Coisl.* 305. Codex Coislinianus « 305, olim 66, membranaceus, X vel XI S., foliorum 340, initio [scilicet duobus primis foliis secundum Millerum] et aliis locis recentiore manu restauratus. » 1ᵇ Χρονικὸν σύντομον ἐκ διαφόρων χρονογράφων τε καὶ ἐξηγητῶν, συλλεγὲν καὶ συντεθὲν ὑπὸ Γεωργίου Ἁμαρτωλοῦ μοναχοῦ. Πρόλογος χρονικῆς ἱστορίας. Πολλοὶ [omisso μὲν] τῶν ἔξω φιλολόγων καὶ χρονογράφοι ἱστορικοί τε καὶ ποιηταὶ καὶ χρονογράφοι τὰς — εὐθύς τε Κωνσταντῖνον τὸν, a secunda manu ; 3ª : εὐσεβέστατον καὶ πρῶτον βασιλέα τῶν Χριστιανῶν καὶ τοὺς καθεξῆς [XVII] ἕως τοῦ τελευταίου Μιχαὴλ, κ. τ. λ. a *prima manu*, sicut nostrum in usum annotavit Emmanuel Millerus, vel secundum Montfauconium in *descriptione Bibliothecæ Coislinianæ :* « Tres priores prologi paginæ altera longeque recentiore manu scriptæ sunt. » — « Initium chronici f. 3 [ᵇ] sic se habet : Βίβλος γενέσεως ἀνθρώπων ᾗ ἡμέρᾳ ἔπλασεν ὁ Θεὸς τὸν Ἀδὰμ κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν αὐτοῦ. Ὁ δὲ Ἀδὰμ ἐγέννησεν υἱοὺς γ' καὶ θυγατέρας β', τὸν Καΐν, καὶ τὸν Ἄβελ, καὶ τὸν Σὴθ, καὶ τὴν Ἀζούραν, καὶ τὴν Ἀσουάμ. Sic persæpe nugatur [p. 4, 22 etc.] Deorum origines novas comminiscitur [p. 7, 5] : longas Patrum lacinias Basilii [9 locos], Chrysostomi [26 locos] et aliorum interserit ; » — « f. 4ᵇ, ubi de Caini pœna agitur, locus Basilii describitur unius atque dimidiæ paginæ [ñ, 4-27] ; 16ᵇ locus Cæsarii fratris S. Gregorii Nazianzeni de variarum gentium legibus, unius paginæ [26, 28] ; f. 21 ex Chrysostomo paginæ duæ de Noe et diluvio [35] ; f. 24ᵇ ex Athanasio *Contra gentes* paginæ octo, imo plures [41, 42]. Postea agitur de origine deque variis auguriorum et ominum nominibus [42, 53, non ex Athanasio, sed e Theodoreto p. 53, nam signa (‹›) locorum laudatorum præter S. Scripturæ antea in codice Mosquensi non sunt] ; f. 39ª ex Cyrillo *Contra Julianum* paginæ quinque [63, 31 ? ; nam signa (‹›) in textu Mosquensi h. l. desunt] ; f. 43ᵇ ex Clemente Romano quædam [66] ; f. 44 ex Josepho quædam [66, 25 sine signis] ; f. 47 ex Cyrillo circa Melchisedecum [71, 11 ? sine signis] ; f. 47ᵇ ex Marco divino viro et Chrysostomi discipulo circa Melchisedecum [72] ; f. 59 ex Eusebio ἐν τοῖς χρονικοῖς κανόσι. Locus sic incipit : Οἱ οὖν Ἰουδαῖοι τὴν τοῦ ἔτους νεομηνείαν τοῦ πάρ' αὐτοῖς λεγομένου Νισάν. Unius paginæ locus [91], f. 61ᵇ ex S. Basilio Magno pagina cum dimidia [99, 100] ; f. 66 ex Chrysostomo circa Josue paginæ duæ [101, 102] ; f. 73 ex Chrysostomo multa circa Heli sacerdotem [113, 115] ; f. 79 ex Theodoreto quædam circa Davidem [127, sine signis] ; f. 92ᵇ ex Josepho quædam de Salomone et de regina Saba [133, 141, 142] ; f. 94 ait Salomonem mortuum esse quo tempore Homerus et Hesiodus florebant [117 Nota, scholion codicis Mosquensis a Cedreno et Coisliniano 305 huc translatum] ; ex Theodoreto quædam de Roboamo [145] ; f. 95 ex Basilio ad monachum lapsum paginæ tres [147, 148, et sine signis 149] ; f. 100 ex apostolicis Constitutionibus pagina una [155, 156] ; f. 102ᵇ ex Chrysostomo multa de angelis et archangelis [160, 8, sine signis] ; f. 112ᵇ ex Gregorio Magno (i. e., ut puto, Nazianzeno) de captivitate Babylonica duæ paginæ [177, 179] ; f. 115 ex

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Theodoreto paginæ duæ [185, 185]; f. 117 ex Anastasio Antiocheno [186, 187]; f. 127 ex Basilio Magno non pauca [203, vel potius 204]; f. 134 Chrysostomus in Danielem, ex quo afferuntur aliquot paginæ [218]; f. 142ᵇ ex Chrysostomo de resurrectione et de die Dominica tres quatuorve paginæ [230, sine signis]; f. 147ᵇ Josephi testimonia de Jo. B. et de Christo [240]; f. 148 ex Chrysostomo quædam [240, 241]; f. 149 locus Eusebii Pamphili de Therapeutis septem octove paginarum [242, 248, sine signis]; f. 153ᵇ Dionysius Areopagita de monachis [250, 251, sine signis]; f. 154ᵇ Basilius Cæsar. de monachis, longissimus locus [252, 253, sine signis]; f. 168ᵇ V. ex Clemente Romano de Simone mago multa [270, 274]; f. 173ᵇ Visio Jacobi fratris Domini [279, 19?]; f. 182 ex Chrysostomo paginæ fere duæ [299, 300]; f. 184ᵇ ex Chrysostomo paginæ aliquot ex Commentario, ut videtur, in Danielem [303, 304]; f. 200 ex Patricio episcopo Προύσης (sic) responsio ad Judicem [329, 333, sine signis]; f. 204 *quædam ex Origene in Matthæum* [οὕτω δὲ καὶ ὁ πολυμαθὴς Ὠριγένης ἐν τῇ κατὰ Ματθαῖον ἑρμηνείᾳ διαβεβαιοῦται ὡς ὅτι μεμαρτύρηκεν [XVIII] Ἰωάννης ἐκ τῶν διαδόχων — (Παπίας?) ἐν τῷ β' λόγῳ τῶν Κυριακῶν λογίων φάσκει ὅτι ὑπὸ Ἰουδαίων ἀνῃρέθη, πληρώσας δηλαδὴ μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ τὴν τοῦ Χριστοῦ περὶ αὐτῶν πρόῤῥησιν καὶ τὴν ἑαυτῶν ὁμολογίαν περὶ τούτου καὶ συγκατάθεσιν· εἰπὼν γὰρ ὁ Κύριος πρὸς αὐτούς· « Δύνασθε πιεῖν, » κ. τ. λ. — et ex Eusebii Historia ecclesiastica [336]; f. 204ᵇ ex Cæsario fratre Gregorii Nazianzeni multa [336, 337]; f. 205ᵇ Μάτην — νοοῦντες [338]; f. 207 ex Epiphanio de Origene una et dimidia pagina [348, 351, sine signis]; f. 211ᵇ Theodori Raithu de Mane sive Manichæo locus insignis; item de reliquis sequentium temporum hæreticis [363, 368, sine signis]; f. 217ᵇ Eusebii narratio de Maximino [377]; f. 220 Eusebii locus prolixus de Constantino [587, 588, sine signis]; f. 224 Dialogus quidam μυθικὸς Sylvestri Papæ [391, 398]; f. 226ᵇ ex Theodoreto historia Nicænæ synodi [404 sine signis], et postea multa de Athanasio [412, 2, 425]; f. 231 ex Athanasio de vita Antonii [426, 436, sine signis]; f. 235ᵇ ex Philone Judæo quædam [430, 432, ubi Mosquensis hiat]; f. 240ᵇ ex Theodoreto circa Julianum [444, sine signis : Ἡμεῖς δὲ ὁ. ἐκ π. φησὶ, Θεοδορήτου αὖθις δ. Ἐν Ἀ. μὲν γὰρ καὶ Γ., κ. τ λ.]; f. 244 ex Basilio multa [455, sine signis : Ἐν ἐπιστολῇ περὶ ἑαυτοῦ φάσκει. Ἐγὼ πολλὰν χρόνον προαναλώσας τῇ ματαιότητι πᾶσαν σχεδὸν τὴν ἐμαυτοῦ νεότητα]; f. 251 *ex vita Gregorii Nazianzeni* [473, 6? Ἐφ' οὗ καὶ Γρ. ὁ θ. τῇ παραινέσει τοῦ μεγάλου Βασιλείου πρὸς τὸ Βυζαντίον ἐλθών?]; f. 254 ex Isidoro, ut puto, Pelusiota [483, 484]; f. 255 ex Chrysostomo in statuas [479, 480, Περὶ ὧν φη. καὶ ὁ ἱερὸς Χρ. καταπατήσαντες καθεῖλον]; f. 256 *ex Theodoreto multa* [484, sine signis : Ἀλλὰ τοῦτον ὁ μισόκαλος δαίμων φθονήσας, ὥς φησι Θεοδόρητος]; f. 260 ex Socrate [489, sine signis : K. II. ὥς φησι Σωκράτης· Συνέδη]; f. 261ᵇ ex Chrysostomo [491, 492]; f. 265 ex Isidoro Pelusiota [492, 493 : Ὑπερεθαύμαζεν ἀεὶ καὶ πᾶσιν ἀνεκήρυττεν ἔτι νέῳ τυγχάνοντι καὶ μανθάνοντι (493,26). Πάλιν δὲ προφάσει τοῦ ἀμπελῶνος τῆς χήρας ἐπικαυθῆναι συνέδη τὴν Εὐδοξίαν? f. 266 Innocentii Papæ Romæ epistola ad Arcadium. Initium : Φωνὴ αἵματος τοῦ ἀδελφοῦ μου Ἰωάννου. Ejus pauca afferuntur [495 sine signis : 19, a Coisl. omissa]; f. 267 *ex Palladio de vita Chrysostomi* [Καὶ γοῦν ὁ θεῖος Παλλάδιος τὰ περὶ αὐτοῦ διεξιὼν οὕτω φησίν· Οἱ οὖν μετάγοντες αὐτὸν στρατιῶται ἐπὶ τοσοῦτον κατέπειγον διὰ τῆς ὁδοῦ λέγοντες ἔχειν τοιαύτην παραγγελίαν]; f. 271 *ex Gregorio Nazianzeno de patre suo* [Καθ' ἃ δὴ καὶ ὁ μέγας ὑπεμφαίνων Γρηγόριος ἔφη περὶ τοῦ οἰκείου πατρὸς οὕτως· « Οὐ γὰρ ἦν αὐτὸν εὐχῆς ἢ κατάρας προέσθαι ῥῆμα, etc., cum pluribus antecedentibus et consequentibus 500]; f. 281 Dogmata Manichæorum [529]; f. 305 ex S. Maximo ad Joannem Cubicularium [583, 584] — Hæc præcipue adnotanda sunt; nec dubito quin alia Patrum scriptorumque ecclesiasticorum loca hinc inde interserantur, quæ scriptor hic usurpat, non allato auctorum nomine. Cæterum codex est in fine mutilus desinitque in Constantini Copronymi imperium. » (Montfaucon, *Bibl. Coisl.*, p. 419-421).

In loco intricatissimo vitæ Constantini, in qua omnes fere codices miro modo variant, hæc sunt, in quibus Coislinianus, ut E. Miller nobis retulit, a Mosquensi differt : p. 427, 2, ὁ γέρων ἐν πολλῇ ἀθυμίᾳ λέγει. 4 παράκλησιν αὐτοῦ καὶ τῶν πατέρων· ὁ δέ φησιν· Ἐὰν μὲν ἀπέλθῃς. 5 Καὶ ὁ γέρων εἶπε· Οὐκοῦν ἐὰν διὰ τῆς δόξης ταύτης οὐκέτι λέγομαι. 8 τοῦ γέροντος adjunctum. 9 Ἔφη· Διάφημος οὖν γενόμενος Ἀντώνιος διὰ τὰς θείας αὐτοῦ καὶ διαφόρους ἀρετὰς ἔφθασε. 10 Βασιλέων ἡ φήμη αὐτοῦ· Καὶ γὰρ μαθόντες. 11 Κώνστας, οἱ Καίσαρες καὶ υἱοὶ αὐτοῦ ἔγραφον. 12 ἀντίγραφα. 13 δεχόμενος περὶ πολλοῦ [XIX] τινος ἐποιεῖτο. 14 ὡς οἱ πολλοί om. 15 ὅτε γοῦν. 18 λελάκηκεν ἡμῖν. Βουλόμενος οὖν μὴ παραδέχεσθαι, εἶτα παρακληθεὶς ὑπὸ τῶν μοναχῶν πάντων λεγόντων ὅτι. 20 καὶ ἵνα μὴ ὡς ἀπορηθέντες (ut V¹.). 21 οὖν om. 24 ἀεὶ μᾶλλον τὸν θάνατον καὶ τὴν μέλλουσαν κρίσιν καὶ ἀνταπόδοσιν — μόνον τὸν Θεὸν ἀ. βασιλέα καὶ αἰώνιον.

428. 1 Τῷ Θεῷ om. 2 παραινέσει τοῦ θεοφόρου. 4 κ' καὶ ἐν Νικομηδείᾳ τελευτήσαντος ἐτῶν ξε', οἱ τρεῖς υἱοὶ αὐτοῦ ἐκράτησαν τῶν Ῥωμαίων ut V¹, omissis reliquis verbis § 3 cum iis quæ sub textu posuimus. Sequitur in Coisliniano p. 429, l. 11, etc. 5 Κωνσταντῖνον ut V¹. 4 ἔτη ις' ut V¹. 6 φάσκοντες αὐτὸν ἐν τῇ τελευτῇ βεβαπτίσθαι καὶ μέχρι τότε τὸ βάπτισμα ὑπερτιθέμενον. 8 τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν. 10 γε — ἁγίοις οἱ συν in συνδιατώμενος om. 11 καὶ νουθεσίας om. ἀσπασίως τε καὶ — 13 βαπτίσματος. Καὶ ὅπερ ἄλλοις κατεπήγει δέχεσθαι καὶ τὴν σωτηρίαν καὶ ἀπολύτρωσιν τῶν ἁμαρτημάτων θᾶττον καρποῦσθαι διὰ τὸ ἄδηλον τοῦ θανάτου καὶ αἰφνίδιον, αὐτὸς ἀμέτοχός τε καὶ ἀμύητος διεκαρτέρει; μὴ γένοιτο! Γέλως γὰρ τοῦτο καὶ λῆρος καὶ τῆς Ἀρειανικῆς μανίας τὸ κακούργημα.

430. 1 ὑπασπιστὴν αὐτὸν ἀποφῆναι δῆθεν καὶ ὑπὸ Ἀρειανῶν βαπτισθῆναι. Τοίγαρτοι. 6 τοῦ δυσσεβοῦς;

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

om. 6 τοῦ δυσσεβοῦς om. 9 ἐγκατέσπαρται μυστικῶς ἡ διδασκαλία. 10 Καίτοιγε Ἰουδαῖον ὄντα καὶ ζηλωτήν. 11 ἀπολέλοιπε ut Is. ἀπομάχεσθαι φαίνεται. 14 καὶ τὸν Θεὸν λόγον. 17 θς κς 20 ἁγίας om.

431. 1 τοῦ ὄντος. 2 φησί. 6 αὐτός om. 8 εἶτα ὁρᾷ μετ' ὀλίγα. 9 ἐμφερὴς οὐδέν. 16 τῇ ἰδίᾳ θρησκείᾳ. 18 καὶ κακόσχολοι adjunctum. 20 εἰς ταύτην.

432. 2 Ὅτι ἐν σοὶ ὁ Θεός. 4 Σαβαὼθ om. 5 πρόσωπόν σου ἀπ' ἐμοῦ. 6 τὴν ἁγίαν ἀνεκφράστως μυστικὴν Τριάδα. 15 σαφῶς γάρ.

SÆCULI XII.

: 3. ***Mediceus*** « XI membranaceus, optimus, chronicon compendiosum e diversis chronographis et historicis collectum concinnatumque a *Georgio monacho* ab orbe condito usque ad obitum Romani imperatoris Constantinopolitani (Montfaucon, *Bibl. bibl.* I. 577) « Χρονικὸν σύντομον ἐκ διαφόρων χρονογράφων τε καὶ ἐξηγητῶν συλλεγὲν καὶ συντεθὲν ὑπὸ Γεωργίου μοναχοῦ. — Continet hic præstantissimus Ἁμαρτωλοῦ codex Georgii monachi *et archimandritæ* (?) *cognomento, quod ipse sibi ex modestia sumpsit, Peccatoris*, circa a. Chr. DCCCXLII clari, quem cum Syncello multi perperam confundunt, Chronicon *ab O. C. usque ad Michaelem Theophili* imperatoris *filium*. — Incipit his verbis : Βίβλος γενέσεως ἀνθρώπων ᾗ ἡμέρᾳ ἔπλασεν ὁ Θεὸς τὸν Ἀδάμ. Desinit autem in Romano imperatore Constantinopolitano. Ultima verba sunt : Ῥωμανὸς ὁ βασιλεὺς ἐν τῇ α' νησταιῶν τελευτᾷ, καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν τῇ πόλει διακομισθὲν ἐν τῇ αὐτοῦ ἀπετέθη μονῇ. Hujus historiæ nulla in libros divisio fit, sed capita tantum rerum sive summaria apponuntur in margine ab eadem manu. Codex Græcus membranaceus ms. in-4° majori, sæc. XI. Constat foliis scriptis 270.» (Bandini, cat. codd. Gr. bibl. Laurentianæ, Florentiæ 1768 f° 11, 671.)

4. ***Scorialensis*** φ. I. 1, et 1 θ. 4. VI, γ. 2. 176 in fol. « en parchemin de 176 feuillets écrits sur 2 colonnes et du XI^e^ siècle. Chronique de George Hamartolus (Miller, catalogue des mss. grecs de la bibliothèque de l'Escurial. Paris 1848 4°, p. 140 cf. Cave 583). Supersunt fragmenta e codicibus integris extracta qualia Cramerus edidit, integer vero codex Scorialensis incendio a. 1671 consumptus est, cum cl. Miller catalogum anteriorem denuo ediderit, non vero ipsum codicem viderit.

[XX] 5. *C.* Codex ***Coislinianus*** « 134, olim 301, sæculi circiter XII, membranaceus, a minus perito librario descriptus, constat foliis 311. Χρονικὸν σύντομον ἐκ διαφόρων χρονογράφων τε καὶ ἐξηγητῶν συλλεγὲν καὶ συντεθὲν παρὰ Γεωργίου μοναχοῦ. Init. Βίβλος γενέσεως ἀνθρώπων ᾗ ἡμέρᾳ ἔπλασεν ὁ Θεὸς τὸν Ἀδάμ. Hujus chronici extrema tantum pars edita est — inter scriptores post Theophanem — in ms. autem nostro sic sine anni nota f. 300 Μετὰ δὲ Μιχαὴλ ἐβασίλευσε Λέων ὁ Ἀρμένης καὶ παραβάτης ὕστερον. In sequentibus item plurima magnaque discrimina reperiuntur. In codice, qui integer est et omnibus suis partibus absolutus, sic historia desinit f. 311 — μήτε μὴν τῇ πολῇ καὶ κακοδοξίᾳ τοῦ φένακος καὶ ἀλάστορος [p. 720, 17 editionis nostræ]. Postea sequitur anacephalæosis chronici sic : Γίνονται οὖν ἀπὸ μὲν τοῦ Ἀδὰμ μέχρι τοῦ κατακλυσμοῦ ἔτη ,βσμβ', etc. » (Montfaucon p. 205, 206). « Nec prologus in eo invenitur nec capitum index. » (E. Miller.) « Codex quem contulit Hasius ad ed. Parisiensem » (Im. Bekkeri præfatio p. VII). Undolscius alteri Georgio ascribendum duxit hujus codicis textum, quamvis *in ipso* termino desinat quem scriptor prologi sibi constituerat. Tischendorfius (in *Anecdotis*, *Lipsiæ 1855*, p. 95-103) capita CXIV 4, CXV 4, CXXIII 4 hoc e codice edidit cum Par. 1706 collata.

6. ***Synodalis Mosquensis*** n. 252 (non 251 ut Matthæi habet) vel 264, foliorum membranaceorum in-4° 209, linearum 37 usque ad annum 6626=1118, sed adjuncta notitia XXV annorum Jo. Comneni, igitur usque ad a. 1143 continuatus, et quidem ab eadem manu, unde ipse codex haud multo recentior esse videtur. Inscriptio cum præfatione et initio usque ad p. 44, l. 24 νιτικήν editionis nostræ periit atque cæteris e codicibus hæc suppleta sunt, scl. præfatio e Vaticano 153, initium e Monacensibus, clarissimi Tafelii cura descriptis, foliorum vero primum quaternionis IZ, Slavonice inscripti ЄI, in vita Constantini omissum e Monacensibus et Vindobonensibus quorum lectiones doctissimus præfectus bibliothecæ Vindobonensis Miclosich humanissime nobis transmisit. Aliud folium (quaternionis K=IH) quod in vita Justiniani desideratur, ope codicis Coisliniani 305 ab amicissimo Emanuele Millero nostrum in usum descripti, instauratum est.

Quaterniones exstant Slavicis litteris A—KZ signati XXII, quorum ultimus tribus tantum foliis constat, cæteri octonis, Græci autem fuerant duo plures ab initio ; nam p. 88^b^ legitur IΓ, Slavice AI, 96^b^ IΔ=BI, 104^b^ IE=ΓI, 127° IH=ЂI, 159^b^ KB=K, 174^b^ KΔ=KB.

Primus et secundus quaternio, cum XXXII paginas continuissent, quarum singulæ uni et dimidiæ fere editionis nostræ respondent, sequitur iisdem in XVI foliis deperditis XLIV primas paginas nostras, et quidem prologo non excepto, revera fuisse. Ultima folia 205 209 cum misere attrita sint, videtur codicem sine compage diu jacuisse ac eo modo initio suo destitutum esse. In folio chartaceo quod compactor Rossicus in fine alligavit, legitur, Rossico sermone, « In hoc codice 209 sunt folia. Notavit et numeravit Petrus Alexandrov. N. 252, alius annalista; » et verso : τῷ μὲν εὐτιχοῦντι πάντες ἄνθρωποι φίλοι, τὸν δὲ διστυχοῦντα οὐδ' αὐτὸς ὁ γεννήτωρ φιλεῖ, in membrana, vero 1^a^ Rossico idiomate « e bibliotheca Synodali et subscriptum jussu sanctissimæ synodi ; » 1^a^ legitur etiam numerus antiquus ις' (XVI) 209^a^ 1775. Maio mense.

Multa in hunc codicem e margine irrepsisse videntur quæ 1° *ex alio libro* (ἐξ ἄλλου βιβλίου) annotata erant, cf. p. 68, 3; 81, 6; 180, 1; 544,8 et 551 sub textu, quæ Eusebii non sunt, sed Procopii 518, 10.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

et exegetæ Alexandrini 569, 19; cf. 551 de [XXI] Justino II, cæteris in codd. desiderantur; 3° e *Logotheta*, τοῦ Λογοθέτου p. 80, 18 (14ᵃ), 721, 4, (182ᵃ) et 851, 21 (205ᵃ). Quæ ultima cum sint Georgio recentiora, a continuatore ejusdem qui Logothetam excerpsit, adjuncta sunt, ex. gr. in Vita Theophili § 19-29 quæ Coislinianis in codicibus desunt, sed aliis in codicibus ampliora inveniuntur quam in breviario Symeonis edito. Post notas marginales in textum insertas, Georgii ipsius textus resumitur formula Γεωργίου, ut 14ᵃ, adjecta. Quare notæ illæ aliis e libris quibus scriptor usus est, codicis margini ascriptæ neutiquam argumento inservire possunt ipsum textum Georgii non esse, sicut Undolscius voluit p. 10 et 33 dissertationis suæ de Hamartolo scriptæ, sed potius probant Georgii verba ab iis diserte distingui quæ aliis e fontibus huic codici a librario inserta sunt. Simili modo codici inserta esse videntur et reliqua, quæ *Mosquensis solus* habet, ex. gr. c. CXI, 20-22, de quatuor Herodis filiis, ubi Cedrenus et interpres Slavonicus § 21 tantum noverunt; CXXV, 3, et CXXVII, 1, de Vespasiano, cum Cedrenus secundum locum, non vero utrumque referat, Slavonicus primum; c. CXXXVI, 5, mentio Cerdonis in Adriani Vita facta apud eosdem deest, et ab ipso Georgio in Vita Antonini CXXXVI, 6, reperitur, ubi (§ 4 et 5) Bardesanes bis memoratur, Cedreno et Leone cum § 5 consentientibus. Iidem leones occisos cum Georgio (CXL, 8) Commodo, non Marco attribuunt, ut CXXXVIII, 6 legitur; c. CXLVII, 1° nominatur Maximus, qui (§ 3) cum Cedreno et Leone vocatur Maximinus; CL Balbinus junior cum Cedreno post Pupinum memoratur, sed CLI, 2, post Gordianum; Leo hunc imperatorem penitus omisit; CLIV, 1, 2, Valerianus bis nominatur; Cedrenus secundum tantum locum repetiit; CLXXXVI, 2 et 5, Diocletiani Maximianique finis bis, a Cedreno secundum § 2 memoratur. Cf. CLXXVII, 7, 12, CLXXXI, 7 et CLXXXII, CLXXXI, 1-8 et CLXXXIII, 7, CLXXXVII et CLXXXVIII, 1, CLXXX, 3 et CLXXXIII, 2, CLXXXIII, 6 et CLXXXVI, 7, CC, 1, 3, CCXVII, 3 et CCXXIX, 8, CCXXXIII, 1 et CCXXXVII, 1, præcipue vero CLXXXVII, 3, quæ sub textu edita sunt, quia nullo alio in codice inveniuntur, CCLIII, 7 Anastasii patriarchæ verba et sortem, quæ 27 de Constantino repetuntur, 33 et 40 expeditionem in Bulgaros iisdem verbis relatam, CCXXVI, 6, in fine visionem monasticam, CCXXVI, 6, 7, 22, CCLVIII, 2, 3, 4, CCLXII, 1, 2, 6 et alia plus minus apocrypha, ex. gr. c. CCLXIII, 10, 11, quæ in § 3 ejusdem capitis et CCLXIV, 3, repetuntur.

Cham autem Ægyptus, Æthiopia prospiciens contra Indos, altera Æthiopia, unde egreditur flumen Æthiopum, Erythra prospiciens versus Orientem, Thebais, Libya, pertinens usque Cyrenen, Marmaris, Syrtis, Libya altera, Numidia, Massyris, Mauritania quæ prospicit Gades. Contra vero septentrionem littora maris habet, Ciliciam, Pamphyliam, Pisidiam, Mysiam, Lycaoniam, Phrygiam, Cabaliam, Lyciam, Cariam, Lydiam, Bithyniam, antiquam Phrygiam; insuper insulas, Sardiniam, Cretam, Cyprum, et flumen qui vocatur Nilus.

(ὃ) Τῷ δὲ Ἰάφεθ Μηδία, Ἀλβανία [37], Ἀρμενία μικρὰ [38] καὶ μεγάλη, Καππαδοκία, Παφλαγονία,

Japhet autem Media, Albania, Armenia minor et Armenia major, Cappadocia, Paphlagonia, Galatia,

Variæ lectiones et notæ.

[15] καὶ οὕτω γ. O. — ψμ' Eus. φλσ' Mon. Aug.; ἀπὸ Ἀ. ἐπὶ τὴν τοῦ φ. τελευτὴν ἔτη ,γ Leo. [16] διόπερ καὶ Μεσέμ O. [17] Δόδ Aug. om. Par. [18] καὶ τὸν Φοὺδ καὶ τὸν Χανάν. Ὁ. δὲ Ἰάφεθ τὸν Γάμερ καὶ τὸν M. [19] Γάμερ καί Par. [20] Ἰωΐαν Par. [21] καὶ τὸν Ἐλ. om. O. [22] ὥνπερ Par. — Καὶ τυγχ. Par. [23] ἥνπερ O, ὁπῶς P². [24] τόπους. [25] χῶραι καὶ νῆσοι καὶ ποταμοί Leo. et Par. [26] κατακληροῦνται. [27] υἱὸν Par. et Iota subscr. [27] Κορδήνα O, Κορδυαία Chilmead. — K. δύνη Leo. [28] Ἀ. ἑτ. Par. [29] ἡ Leo et Par., θάλασσα? [30] ἡ Par., Λ. ἡ ἀπὸ ποταμέως παρεκτείνουσα μέχρις ἄκρας Σύρτεως, Νουμ. M. M. ἡ παρεκτείνουσα μέχρις Ἡρακλεωτικῶν στηλῶν κ. Γ. Ἔχει δὲ ἐν τοῖς κατέναντι β Leo. [31] ταῖς Mon. Aug. [32] παρὰ θάλασσαν O—παρὰ θάλασσαν Leo, Par. [33] Φ. καὶ Μαλίαν Aug. Mon.? —Φρυγίαν καὶ Μαλίαν O. Φ. Καμαλίαν Chilmead. [34] Μυσίαν ἄλλην, Τρωάδα, Αἰωλίδα Leo, Par. [35] καὶ ν. ὁμοίως Σαρδινίαν O. [36] ποταμὸν Γειὼν τὸν O — π. Γηὼν τὸν κ. N. Leo, Par. [37] Ἀμαζονὶς Leo. [38] η μ. Par. τε Leo.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

Colchis, Bosphorus, Mæotis, Derbis, Sarmatia, Taurianis, Molossis, Thessalia, Locris, Bœotia, Ætolia, Attica, Achaia, Pellena, qui vocatur Peloponnesus, Arcadia, Epirus, Illyria, Lychnitis, Adriaca, ex qua Adriaticum mare. Habet quoque insulas Bretanniam, Siciliam, Eubœam, Rhodum, Chium, Lesbum, Cythera, Zacynthum, Cephalleniam, Ithacam, Corcyram, et partem Asiæ quamdam, dictam Ioniam, et flumen Tigrim, quod dividit Mediam a Babylonia. His ergo regionibus sorte divisis, videns Chanaan, filius Cham, regionem juxta Libanum, quod esset bona et fertilis et valde alia ac sui ipsius terra, vi occupavit eam et hæredes Sem ejecit ex illa, sicque universa terra nomine Chanaan appellata est, sed tandem postea justus Judex filiis Sem illam tradidit per Jesum filium Nave, sicut prænuntiaverat Abraham : justus enim Dominus, et justitias dilexit.

Γαλατία, Κολχίς, Βόσπορος [58], Μαιῶτις, Δερβίς [59], Σαρμάτις, Ταυριανίς [60], Μολοσσὴ [61], Θεσσαλία, Λοκρὶς, Βοιωτία, Αἰτωλία, Ἀττική, Ἀχαΐα, Πελλήνη [62], ἡ καλουμένη Πελοπόννησος, Ἀρκαδία, Ἠπειρῶτις, Ἰλλυρὶς, Λυχνῖτις, Ἀδριακή, ἐξ ἧς [63] τὸ Ἀδριακὸν πέλαγος. Ἔχει [64] καὶ νήσους, Βρεταννίαν, Σικελίαν, Εὔβοιαν, Ῥόδον, Χῖον, Λέσβον, Κυθήρην, Ζάκυνθον, Κεφαλληνίαν, Ἰθάκην, Κόρκυραν [65] καὶ μέρος τι τῆς Ἀσίας, τὴν καλουμένην [67] Ἰωνίαν, καὶ ποταμὸν Τίγριν, τὸν διορίζοντα μεταξὺ Μηδίας καὶ Βαβυλωνίας [66]. (5) Τούτων οὖν [69] κληροδοτηθέντων, ὁ τοῦ Χὰμ υἱὸς Χαναὰν ἰδὼν τὴν πρὸς τῷ Λιβάνῳ γῆν, ὅτι ἀγαθὴ [70] τε [71] καὶ εὔφορος καὶ κατὰ πολὺ 41 τῆς ἑαυτοῦ διαλλάττουσα [72] γῆς, τυραννικῶς καθήρπασεν αὐτὴν καὶ τοὺς ἐκ τοῦ Σὴμ κληρονόμους [73] ἐξήλασεν, καὶ οὕτω πᾶσα ἡ γῆ [74] τῆς ἐπαγγελίας τοῦ Χαναὰν προσαγορεύεται [75]. Κἀντεῦθεν [76] τοίνυν ὁ δίκαιος κριτὴς μετὰ ταῦτα τοῖς ἐκ τοῦ Σὴμ υἱοῖς [77] ἀπέδωκεν αὐτὴν διὰ Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ, καθὼς καὶ τῷ Ἀβραὰμ προεπηγγείλατο. Δίκαιος γὰρ ὁ Κύριος καὶ δικαιοσύνας ἠγάπησεν.

Reu autem centum triginta duo annos natus genuit Sarug, et postea vixit annos ducentos et septem, et mortuus est, cum facti essent omnes dies ejus trecenti et triginta novem anni. Sarug autem cum vixisset annos centum et triginta, genuit Nachor, et postea vixit annos ducentos, et mortuus est, cum facti essent omnes dies ejus trecenti et triginta anni. Idem primus paganorum ritibus originem dedit propter veteres bellatores et duces et quicunque aliquid virtute præclarum et memoria dignum fecerant, quos statuis et columnis decoraverunt, utpote qui egregium aliquid fecerant. Sed posteri, majorum mentem ignorantes, qui illos ut progenitores et bonarum rerum inventores coluerant, memoriæ solius gratia, tanquam deos honoraverunt, et sacrificaverunt illis, non vero pro hominibus mortalibus habuerunt, quorum impietatem Salomon infamat dicens : « Qui paulo ante tanquam homo honoratus fuerat, nunc Deum æstimaverunt. » Clarius autem et fusius istorum amentiam et impietatem arguens magnus Athanasius sic loquitur : « Marcida igitur tali illorum cogitatione visa, necesse fuit veritatem splendescere ecclesiasticæ cognitionis. Non enim malum a Deo,

[68] Ῥαγαῦ δὲ γενόμενος ἐτῶν ρλβ' ἐγέννησε τὸν Σερούχ, καὶ μετὰ τοῦτο ἔζησεν ἔτη σζ', καὶ ἀπέθανε, ζήσας τὰ πάντα ἔτη τλθ'. [69] (7) Σερούχ δὲ [69] γενόμενος ἐτῶν ρλ', ἐγέννησε τὸν Ναχὼρ, καὶ μετὰ τοῦτο ἔζησε ἔτη σ', καὶ ἀπέθανε, ζήσας τὰ πάντα ἔτη τλ', ὃς πρῶτος ἦρξατο τοῦ Ἑλληνικοῦ δόγματος διὰ τοὺς πάλαι γενομένους πολεμιστὰς καὶ ἡγεμόνας καὶ πράξαντάς τι ἀνδρεῖον, ἀρετῆς καὶ μνήμης ἄξιον, οὓς καὶ ἀνδριάσι στηλῶν ἐτίμησαν [61], ὡς ἀγαθόν τι πεπραχότας. Οἱ δὲ μετὰ ταῦτα ἄνθρωποι ἀγνοοῦντες τὴν τῶν προγόνων γνώμην, ὅτι ὡς προπάτορας [62] καὶ ἀγαθῶν πραγμάτων ἐκτικτὰς ἐτίμησαν μνήμης μόνον χάριν, οὕτοι ὡς θεοὺς ἐτίμησαν, καὶ ἔθυον αὐτοῖς, καὶ οὐχ ὡς ἀνθρώπους θνητοὺς γενομένους [63]· ὧν τὴν ἀσέβειαν Σολομὼν στηλιτεύει, φάσκων· « Τὸν πρὸ ὀλίγου τιμηθέντα ἄνθρωπον νῦν [64] εἰς σέβασμα ἐλογίσαντο. » (8) Σαφέστερον δὲ καὶ διεξοδικώτερον τὴν παράνοιαν τούτων καὶ ἀθεΐαν ἐλέγχων ὁ μέγας Ἀθανάσιος τοιάδε φησί [65]· « Σαθρᾶς τοίνυν τῆς τοιαύτης αὐτῶν διανοίας φαινομένης, ἀνάγκη τὴν ἀλήθειαν διαλάμπειν τῆς ἐκκλησιαστικῆς διαγνώσεως. Οὔτε γὰρ τὸ κακὸν παρὰ Θεοῦ, οὔτε ἐν τῷ Θεῷ· οὔτε μὴ οὐσία τις ἔστιν, ἀλλ' ἄνθρωποι [66] κατὰ στέρησιν τῆς τοῦ καλοῦ φαντασίας [67]

Variæ lectiones et notæ.

[58] Βοσπόρη Leo, Par. [59] Δίρβη O. [60] Βασταρνὶς, Σκυθία, Θρᾴκία, Μακεδονία Leo, Par. —Βαστερνὶς, Σκυθία, Θρᾴκη, Μακεδονία, Δαλματία O. [61] Μολοσσοὶ Par. Μολοσσὶς Leo. [62] Πελληνὶς δὲ καὶ Π. Par. [63] γαὶ Par. [64] δέ Leo, Par. [65] Κέρκυραν H. [67] ἡ καλουμένη Ἰωνία Leo, τῆς καλουμένης Ἰωνίας; Aug. Mon.? [66] Βαβυλῶνος Leo, Par. [69] Τ. οὖν τῶν (οὕτω) κλ. O, P². — Τ. οὕτω κληρωθέντων Par. [70] ὡς ἀγαθὴ O. [71] τέ ἐστι Par. Leo. [72] διαλλαττούσης Mon. Aug.? [73] κλήρου; O. [74] πᾶσα γῆ Par. [75] προσηγορεύεται O. — προσηγορεύθη Leo, προσηγόρευτο. [76] Κ. τ. ὁ δ. κρ. μ. τ. τοῖς P² — υἱὸς Γὴλ ἀπ. O. — Καντ. ὁ δ κρ. τοῖς P. r. [77] Ἑβραῖμ Par. — Ἑβραῖμ P², Ἰσραὴλ P³. [61] 2653 (2905). [62] 2523 (3235). [63] Σ. γ. Par. Leo.— π. ἢ ἦγ. ἢ π. Par. ἢ π. ἢ ἦγ. καί τι πρ. Ced. 81,15 — τι ἀγαθὸν καὶ μν. Par. [64] ἐτίμησεν Par. [65] πρόπατρας Mon. Aug.? [66] γεγενομένους, γεγενημένους. [67] νῦν. σ. Sap. xiv, 20. [68] Oratio gentes I. A. δ ὅτι τὲ κ. οὐ π. Θεοῦ οὐδὲ ἐν Θεῷ οὔτε ἐξ ἀρχῆς γέγονεν. ὁ. ὁ. τις ἐ. αὐτοῦ Ath· [69] τὴν Mon. Aug.? — στ. τοῦ κ. Mon. Aug. [67] ἑαυτοῖς Ath.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἐπινοεῖν ἤρξαντο, καὶ ἅμα πραττειν [67] τὰ οὐκ ὄντα καὶ ἅπερ ἐβούλοντο [68]. Ὥσπερ γὰρ [68*] ἄν τις [69], ἡλίου φαίνοντος [69*], καμμύων τοὺς ὀφθαλμοὺς σκότος [70] ἐπινοεῖ, καὶ λοιπὸν [71] ἐν σκότει πλανώμενος καὶ περιπατῶν προσκόπτει, 42 πολλάκις κατὰ μικρὸν ὑπάγει [72], νομίζων, μὴ εἶναι σκότος, ἀλλὰ φῶς, οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ τῶν ἀνθρώπων καμμύουσα [73] τὸν νοητὸν ὀφθαλμὸν, δι' οὗ τὸν Θεὸν ὁρᾷν δύναται, ἑαυτῇ τὰ κακὰ ἐπενόησε. » — « Γέγονε μὲν γὰρ εἰς τὸ ὁρᾷν τὸν Θεὸν καὶ ὑπ' αὐτοῦ φωτίζεσθαι· αὐτὴ δὲ ἀντὶ τοῦ ἀφθάρτου Θεοῦ [73*] φθαρτὰ τὰ τοῦ σκότους ἔργα ἐπεζήτησε, καθὼς γέγραπται, ὅτι [74] « Ὁ Θεὸς ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον εὐθῆ· αὐτὸς δὲ ἐπεζήτησε λογισμοὺς πολλούς. »

A nec in Deo, neque essentia quædam est, sed homines, boni notione privati, comminisci cœperunt et facere simul quæ non sunt et quæcunque volebant. Veluti enim si quis, sole lucente, nictans, caliginem inquirat, et cæterum, in tenebris errans et obambulans, offendit, sæpe paulatim progreditur, putans non esse tenebras sed lucem, ita quoque hominum anima oculum intelligentiæ claudens, per quem Deum cernere potest, mala sibi inquisivit. » — « Facta est enim ad videndum Deum et ut illuminatur ab ipso; ipsa autem pro immortali Deo mortalia opera tenebrarum exquisivit, sicut scriptum est : « Deus fecit hominem rectum, ipse autem exquisivit quæstiones multas. »

(9) Ἐπεὶ οὖν ὥσπερ μανέντες οἱ ἄνθρωποι τὴν οὐκ οὖσαν κακίαν ἐπενόησαν, οὕτω καὶ τοὺς οὐκ ὄντας θεοὺς ἑαυτοῖς ἀνεπλάσαντο. Ὡς γὰρ πάλιν εἴ τις εἰς βυθὸν καταδὺς μηκέτι μὲν βλέπει τὸ φῶς μήτε τὰ ἐν τῷ φωτὶ φαινόμενα, διὰ τὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ πρὸς τὸ κάτω νεῦμα καὶ τὴν τοῦ ὕδατος ἐπίχυσιν, μόνα δὲ τὰ ἐν τῷ βυθῷ αἰσθόμενος, νομίζει μηδὲν εἶναι πλέον ἐκείνων· οὕτω δὴ καὶ οἱ πάλαι τῶν ἀνθρώπων καταδύντες εἰς τὰς τῆς σαρκὸς ἐπιθυμίας καὶ φαντασίας, κἀντεῦθεν ἐπιλαθόμενοι τῆς τοῦ Θεοῦ ἐννοίας τε καὶ δόξης, τὰ φαινόμενα θεοὺς ἀνετυπώσαντο, λατρεύοντες τῇ κτίσει παρὰ τὸν Κτίσαντα. Καὶ ὥσπερ, κατὰ τὸ λεχθὲν παράδειγμα, οἱ εἰς βυθὸν καταδυόμενοι, ὅσον ἐπικαταβαίνουσι, τοσούτῳ μᾶλλον τὰ σκοτεινότερα καὶ βαθύτατα βλέπουσιν, οὕτω καὶ τὸ τῶν ἀνθρώπων πέπονθε γένος. Οὐ γὰρ ἁπλῆν ἔσχε [75] τὴν πλάνην καὶ τὴν εἰδωλολατρίαν, οὐδὲ ἀφ' ὧν ἤρξαντο, ἐν τούτοις διέμειναν· ἀλλ' ὅσον τοῖς προτέροις ἐνεχείριζον, τοσοῦτον ἑαυτοῖς καινοτέρας ἐφεύρισκον τὰς δεισιδαιμονίας, μηδὲν ἄκορον τῶν πρώτων κακῶν λαμβάνοντες. (10) Ἐπικαταβαίνοντες γὰρ λοιπὸν ταῖς ἐννοίαις καὶ τοῖς λογισμοῖς οἱ ἄνθρωποι, οὐρανῷ καὶ ἡλίῳ καὶ σελήνῃ καὶ ἄστροις τὴν τοῦ Θεοῦ τιμήν τε καὶ δόξαν ἀνέθησαν. Εἶτα πάλιν τοῖς σκοτεινοῖς λογισμοῖς ἐπικαταβαίνοντες, αἰθέρα καὶ ἀέρα καὶ τὰ ἐν τῷ ἀέρι θεοὺς προσηγόρευσαν. Προβαίνοντες δὲ τοῖς κακοῖς, ἤδη καὶ τὰ στοιχεῖα καὶ τὰς ἀρχὰς τοῦ σώματος ἡμῶν συστάσεως, τὴν θερμὴν καὶ τὴν ὑγρὰν καὶ τὴν ξηρὰν οὐσίαν, θεοὺς ἀνύμνησαν. (11) Οἱ δέ γε τελειότεροι [76] τὴν ἀσέβειαν καὶ ἀνθρώπους τοὺς μὲν ἔτι 43 ζῶντας, τοὺς δὲ καὶ μετὰ θάνατον θεοὺς ἐκάλεσαν. (12) Καὶ οὐ μόνον εἰς ἀνθρώπους καὶ κτήνη καὶ ἑρπετά, χερσαῖά τε καὶ ἔνυδρα, τὴν τοῦ Θεοῦ προσηγορίαν μετήγαγον, ἀλλὰ καὶ εἰς τὰ μηδ' ὅλως ὄντα ἡ φαι-

B Quoniam ergo, quasi amentes, homines malitiam, quæ non est, excogitaverunt, ita et deos qui non sunt sibimet effinxerunt; sicut enim etiam aliquis in profundum demersus, amplius non jam lumen videt, neque ea quæ in lumine apparent, propter nutum oculorum suorum ad ima et in aqua immersionem, sola autem quæ in gurgite sunt sentiens, reputat nihil esse præter ea; sic olim homines demersi in carnis concupiscentias et species, et ideo cogitatione et opinione de Deo ex illorum mente sublata, visibilia deos imaginati sunt creaturam adorantes loco Creatoris. Et quemadmodum, juxta citatum exemplum, qui in gurgitem demersi sunt, quo magis descendunt, eo magis tenebrosiora et C profundiora vident, sic etiam hominum genus expertum est non enim simplicem errorem habuerunt et idololatriam, neque a quibus inceperant in his perseveraverunt, sed quo pejores fiebant prioribus, eo magis novas inveniebant superstitiones, ex primis malis nihil integrum sumentes. Descendentes enim postea cogitationibus et quæstionibus, cœlo, soli, lunæ et astris Dei honorem et gloriam homines tribuerunt. Deinde rursus tenebrosis ratiocinationibus descendentes æthera et aera et quæ in aere sunt deos appellaverunt. Procedentes autem in malis, jam elementa et principia constitutionis corporis nostri, calorem et humorem et siccitatem deos celebraverunt. Quorum vero major impietas, homines quoque, vel vivos adhuc, vel post mortem D deos vocaverunt. Et non solum ad homines et jumenta et reptilia, terrestriaque et aquatica, Dei appellationem transtulerunt, sed etiam ad ea quæ non erant nec videbantur ipsam impietatem avertentes visi sunt; rationalia enim irrationabilibus permiscentes et natura dissimilia connectentes deos opinati sunt. Tales sunt apud Ægyptios cynocephali

Variæ lectiones et notæ.

[68*] καὶ ἀναπλάττειν. [68] βούλονται. [68*] Ὡς γάρ Ath. [69] ἡ τοῦ Mon. Aug. ? τοῦ ἡ? [69*] καὶ πάσης τῆς γῆς τῷ φωτὶ τούτου καταλαμπομένη. Ath. [70] ἑαυτῷ Ath. — ἐπινοῇ Ath. [71] ὡς Ath. [72] περιπατῇ πίπτων καὶ κατὰ κρημνῶν ὑπάγων ν. οὐκ ἐ. φῶς ἀ. σκ δοκῶν γὰρ βλέπειν, οὐδ' ὅλως ὁρᾷ, οὕτω Ath. [73] καμμύσασα τὸν ὁ. Ath. [73*] φθ. καὶ τὸ σκότος ἐζ. Ath. [74] ὡς που τὸ πνεῦμα ἐγγράφως φησίν Ath. Eccl. VII, 29. [75] ἔσχον? [76] τελεώτεροι Aug. Mon. ?

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

et ophiocephali et onocephali, et apud Libes, criocephalus, et dicta in fabulis figmenta, Scylla et Charybdis et hippocentaurus et hirco cervus; longius provehentes impietatem, voluptatem quoque et cupidinem pro Deo coluerunt, et Veneris nomine adoraverunt.

A νόμενα τὴν αὐτὴν δυσσέβειαν ἐξωκείλαντες; ἐπεδείξαντο· λογικὰ γὰρ ἀλόγοις ἐπιμίξαντες καὶ ἀνόμοια τῇ φύσει ἐνειράντες ὡς θεοὺς ἐδόξασαν. Οἷοί [77] εἰσιν οἱ παρ' Αἰγυπτίοις κυνοκέφαλοι καὶ ὀφιοκέφαλοι [καὶ ὀνοκέφαλοι, καὶ ὁ παρὰ Λίβυσι κριοκέφαλος], καὶ παρὰ τοῖς μυθίοις [78] τὰ λεγόμενα πλάσματα, ἡ Σκύλλα καὶ ἡ Χάρυβδις καὶ ἱπποκένταυρος [79], καὶ τραγέλαφος, ἐπιτείνοντες [80] τὴν ἀσέβειαν, καὶ τὴν ἡδονήν τε καὶ ἐπιθυμίαν [81] θεοποιήσαντες, ἣν δὴ καὶ Ἀφροδίτην καλέσαντες [82] προσεκύνησαν.

Præterea reges suos vel ad honorem antecedentium regum, vel ob imperii ipsorum formidinem tanquam deos honoraverunt, ut in Creta Jupiter cultus est, et in Arcadia Mercurius, et in India Bacchus, et in Egypto Isis et Osiris, et nunc Adriani, Romanorum imperatoris, puer Antinous. Cum enim Adrianus in Ægypto versaretur et defunctum vidisset, libidinis ministrum, Antinoum, jussit ut istum venerarentur, velutl scilicet etiam post mortem amore captus pueri, præ nimia impietate et furore. Etenim qui apud Græcos celebrati sunt dii, Jupiterque et Neptunus et Apollo et Vulcanus et Mercurius, et inter feminas Juno et Ceres et Minerva et Diana per decreta divinis affecti sunt honoribus. Ideo istas superstitiones et inventa convincit Scriptura sacra dicens: « Initium perversitatis exquisitio idolorum, et adinventio illorum corruptio vitæ. Neque enim erant ab initio, neque erunt in perpetuum. At vanitas hominum intravit in mundum; et ideo brevis illorum finis est factus, acerbo enim luctu dolens pater, sibi erepti filii fecit imaginem, et illum, qui mortuus fuerat, tanquam viventem coluit, et constituit inter servos suos sacra et sacrificia, deinde tempore convalescens iniqua consuetudo tanquam lex custodita est, et tyrannorum imperiis colebantur sculptilia. » — « Et hoc fuit vitæ tanquam insidiæ, quoniam aut calamitati aut regibus deservientes homines, singulare nomen lapidibus et lignis imposuerunt. »

(13) Καὶ μέντοι καὶ τοὺς παρ' αὐτῶν ἄρχοντας διὰ τιμὴν τῶν ἀρξάντων ἢ διὰ φόβον τῆς αὐτῶν τυραννίδος ὡς θεοὺς ἐτίμησαν· ὥσπερ ὁ ἐν Κρήτῃ Ζεὺς τετίμηται, καὶ ὁ ἐν Ἀρκαδίᾳ Ἑρμῆς, καὶ ὁ B ἐν Ἰνδίᾳ Διόνυσος, καὶ ἡ ἐν [83] Αἰγύπτῳ Ἶσις καὶ Ὄσιρις, καὶ ὁ νῦν Ἀδριανοῦ τοῦ Ῥωμαίων βασιλέως παῖς Ἀντίνοος. Ἐπιδημήσας γὰρ [Ἀδριανὸς] ἐν Αἰγύπτῳ καὶ τελευτήσαντα ἰδὼν τὸν τῆς ἡδονῆς [84] ὑπηρέτην Ἀντίνοον, ἐκέλευσε θρησκεύεσθαι τοῦτον, ἅτε δὴ καὶ μετὰ θάνατον ἐρῶν τοῦ παιδός, δι' ὑπερβάλλουσαν [85] ἀσέβειάν τε καὶ οἰστρηλασίαν. Καὶ γὰρ οἱ παρ' Ἕλλησι διαβεβοημένοι θεοί, Ζεύς τε καὶ Ποσειδῶν καὶ Ἀπόλλων καὶ Ἥφαιστος καὶ Ἑρμῆς, καὶ ἐν θηλείαις Ἥρη καὶ Δήμητρα καὶ Ἀθηνᾶ καὶ Ἄρτεμις [86] διαταγαῖς ἐκρίθησαν θεοποιεῖσθαι. (14) Διὸ δὴ ταύτας καὶ εἰδωλομανίας καὶ ἐφευρέσεις ἡ θεία Γραφὴ θριαμβεύουσα οὕτω φάσκει· « Ἀρχὴ πονηρίας [87] ἐπίνοια εἰδώλων· εὕρεσις δὲ αὐτῶν φθορὰ ζωῆς. Οὔτε γὰρ ἦν ἀπ' ἀρχῆς, οὔτε εἰς τὸν C αἰῶνα ἔσται. Κενοδοξίᾳ [88] δὲ ἀνθρώπων εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον. Διὰ [89] τοῦτο καὶ σύντομον αὐτῶν ἐπενοήθη τὸ τέλος. Ἀώρῳ γὰρ πένθει τρυχόμενος πατὴρ, τοῦ ταχέως ἁφαιρεθέντος τέκνου εἰκόνα ποιήσας τὸν ποτε νεκρὸν ἄνθρωπον νῦν ὡς ζῶντα ἐτίμησε καὶ παρέδωκε τοῖς ὑποχειρίοις μυστήρια καὶ τελετάς. Εἶτα κρόνῳ κρατηθὲν τὸ ἀσεβὲς ἔθος ὡς νόμος διεφυλάχθη καὶ 44 τυράννων ἐπιταγαῖς ἐθρησκεύετο τὰ γλυπτά. » — « Καὶ τοῦτο γέγονε [90] τῷ βίῳ ὡς ἔνεδρον, ὅτι ἢ συμφορᾷ ἢ τυραννίδι δουλεύσαντες ἄνθρωποι τὸ ἀκοινώνητον ὄνομα λίθοις καὶ ξύλοις περιέθηκαν. »

Deinde istorum falsorum deorum præcones et vates, poetæque et historici non simpliciter esse deos solummodo scripserunt, sed etiam facta eorum ad argumentum impietatis et obscenæ agendi rationis prodiderunt. Enimvero impudicos amores et voluptates Jovis et puerorum stuprationes et aliorum invidiam circa feminas et timores et

(15) Εἶτα τοίνυν καὶ οἱ τῶν τοιούτων ψευδοθέων κήρυκες καὶ μάντεις ποιηταί τε καὶ συγγραφεῖς D οὐχ ἁπλῶς εἶναι θεοὺς μόνον ἔγραψαν, ἀλλὰ μὴν καὶ τὰς πράξεις αὐτῶν πρὸς ἔλεγχόν τε ἀθεότητος καὶ αἰσχροποιοῦ πολιτείας ἀνέγραψαν. Καὶ γὰρ τοὺς ἀκολάστους ἔρωτας καὶ ἀσελγείας τοῦ Διὸς καὶ παιδοφθορίας καὶ τῶν ἄλλων ζηλοτυπίας πρὸς ἡδο-

Variæ lectiones et notæ.

[77] οἷον Par. — om. καὶ ὁ. καὶ ὁ π. A. κρ. Par. — Οἷά εἰσι παρ' Αἰγυπτίων κ. καὶ ὀνοκ. καὶ ὁ π. Ἰβυ κρ. B'. [78] μύθοις Par. — καὶ τὰ λ. πλ. π. τ. μύθοις B'. [79] οἱ ἱπποκένταυροι. Ἐπ. Par. — ἱππ. ὑποτείνοντες B'. [80] δέ Par. [81] θ. ἡδὴ καί Par. [82] καλοῦντες B'. [83] Αἰγ. Ἱερὸς Ὑσύρτης καὶ ὁ νῦν Ἀδριανὸς βασιλεὺς Ῥ. π. Ἀ. Ἐπ. γὰρ Ἀδ. B'. — e Justino M. Ap. I. 29. [84] ἡδονῆς αὐτοῦ ὑπηρέτην B'. [85] δι' ὑπ. ἀσελγειάν τε καὶ ο. Τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ οἱ B'. [86] Ἄρτεμις· ὅτι καὶ τὰς αἰσχρὰς πράξεις τῶν αὐτῶν θεῶν καὶ ἄκοντες πρὸς ἔλεγχον αὐτῶν ἀνεγράφοντο (Epitome 20 linearum usque ad 44,11 ἀνθρώπων) B'. [87] πορνεία; Sap. XIV, 12. [88] Κ. γὰρ Sap. 14. [89] Καὶ διὰ τ. τέλος ἐπ. Sap. [90] ἐγένετο τῷ βίῳ εἰς ἐν. Sap. XIV, 21.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

νην τῶν θηλειῶν, καὶ φόβους καὶ δειλίας καὶ τὰς ἄλλας κακίας οὐδέτερον, καὶ ἑαυτοὺς ἐλέγχουσιν, ὡς οὐ μόνον περὶ θεῶν διηγοῦνται, ἀλλ' οὐδὲ περὶ σεμνῶν ἀνθρώπων. Ἐκ μὲν γὰρ Διὸς [91] τὴν παιδοφθορίαν καὶ τὴν μοιχείαν, ἐκ δὲ Ἀφροδίτης τὴν πορνείαν [92]· καὶ [93] ἐκ μὲν Ῥέας τὴν ἀσέλγειαν· ἐκ [94] δὲ Ἄρεως τοὺς φόνους, ἐκ [95] Διονύσου τὴν οἰνοφλυγίαν καὶ ἐξ ἄλλων ἄλλα [96] τοιαῦτά φασι τὴν ἀρχὴν εἰληφέναι. Ἀλλ' οὐκ ἄδηλον [97] τοῖς νοῦν ἔχουσιν, ὅτι παρὰ γνώμην εἰρήκασι τὰ τούτων πάθη καὶ τὰς αἰσχίστας πράξεις [98]. Ἐπειδὴ γὰρ τὴν τοῦ Θεοῦ ἀκοινώνητον προσηγορίαν καὶ τιμὴν τοῖς οὐκ οὖσιν θεοῖς, ἀλλ' ἀνθρώποις θνητοῖς ἐσπούδαζον ἀναθεῖναι, τούτου χάριν καὶ ἄκοντες ἀπὸ τῆς ἀληθείας ἠναγκάσθησαν τὰ τούτων παθήματα πρὸς ἔλεγχον τοῦ μὴ θεοὺς αὐτοὺς εἶναι, ἀλλ' ἐμπαθεῖς ἀνθρώπους. Ἀλλὰ φασὶν οἱ τῇ πλάνῃ δεδουλωμένοι· «Διὰ τοῦτο θεοὺς αὐτοὺς ἡγούμεθα, ὅτι τοῖς ἀνθρώποις χρήσιμοι γεγόνασι. Ζεὺς μὲν γὰρ λέγεται πλαστικὴν τέχνην ἐξευρηκέναι, Ποσειδῶν δὲ κυβερνητικὴν [99], Ἥφαιστος [1] μὲν τὴν χαλκευτικήν, Ἀσκληπιὸς δὲ τὴν ἰατρικήν, καὶ Ἀπόλλων [2] τὴν μουσικήν, καὶ Ἀθηνᾶ μὲν τὴν ὑφαντικήν, Ἄρτεμις δὲ τὴν κυνηγετικήν, καὶ Ἥρα μὲν στολισμὸν [3], Δημήτηρ δὲ γεωργίαν καὶ ἄλλοι ἄλλας.» (15*) Οὐκοῦν εἰ διὰ τὰς τῶν τεχνῶν εὑρέσεις θεοὺς αὐτοὺς ἄξιον ἀναγορεύεσθαι, δέον καὶ τοὺς 45 τῶν ἄλλων τεχνῶν εὑρετὰς οὕτως ὀνομάζεσθαι; Γράμματα μὲν γὰρ Φοίνικες εὗρον, ποίησιν δὲ ἡρωϊκὴν Ὅμηρος, καὶ διαλεκτικὴν μὲν Ζήνων ὁ Ἐλεάτης [4], ῥητορικὴν δὲ Κόραξ ὁ Συρακούσιος, καὶ μελισσῶν μὲν καρπὸν ὁ Ἀριστοτέλης [5], σίτου δὲ σπόρον καὶ κριθῆς Τριπτόλεμος· καὶ νόμους μὲν Λυκοῦργος ὁ Σπαρτιάτης καὶ Σόλων ὁ Ἀθηναῖος, τῶν δὲ γραμμάτων τὴν σύνταξιν καὶ ἀριθμὸν [6] καὶ μέτρα καὶ σταθμία Παλαμήδης ἐφεῦρε, καὶ ἄλλοι ἄλλα καὶ διάφορα τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων ἐπήγγειλαν χρήσιμα κατὰ τὴν τῶν ἱστορησάντων μαρτυρίαν.

A ignaviam et cætera malitiæ genera narrando seipsos tantum arguunt, quod non solum de diis ista narran., sed ne quidem de viris gravibus. A Jove enim puerorum stuprationes et adulterium, a Venere scortationem, a Rhea lasciviam, a Marte homicidia, a Baccho vinolentiam, et ab aliis alia similia originem cepisse dicunt. Sed haud prudentibus clarum est invitos illos istorum narrasse cupiditates et turpia facta. Quam enim incommunicabile Dei nomen et honorem divinum non vere quidem diis, sed hominibus mortalibus satagerent imponere, ideo et inviti a veritate coacti sunt istorum libidines exponere ad demonstrandum ipsos non esse deos, sed homines affectibus deditos. Sed dicunt qui errori addicti sunt : « Idcirco illos B deos putamus, quia hominibus utiles fuerunt. Jupiter enim artem plasticam, Neptunus gubernandi, Vulcanus artem ærariam, Asclepius medicinam, Apollo musicen, Minerva artem textoriam, Diana venatoriam, Juno ornamentariam, Ceres agriculturam, alii alias invenisse traduntur. » Igitur si ob artium inventiones deos ipsos decet vocari, oportetne etiam aliarum artium inventores ita nominari? Litteras enim Phœnices invenerunt, poesim heroicam Homerus, dialecticen Zeno Eleates, rhetoricen Corax Syracusanus, apium fructum Aristoteles, Triptolemus frumenti sationem et hordei, leges Lycurgus Spartanus et Solon Atheniensis; litterarum autem ordinationem et numerum, mensurasque et stateras Palamedes invenit, et alii C alia vitæ hominum varie utilia indicaverunt, juxta historicorum testimonium.

(16) Ἀλλ' εὔδηλος ἡ τούτων παράνοια, ὅτι περ οὐ μόνον ἀνθρώποις φθαρτοῖς προσῆψαν τὴν τοῦ Θεοῦ τιμὴν καὶ δόξαν, ἀλλὰ καὶ πετεινοῖς, καὶ τετραπόδοις, καὶ ἑρπετοῖς, καὶ τὴν ποικιλίαν τῶν παθῶν αὐτῶν καὶ μανιώδη λύσσαν. (17) Περὶ ὧν φησιν ὁ Ἀπόστολος· « Ἐματαιώθησαν ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν, καὶ ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία· φάσκοντες εἶναι σοφοὶ ἐμωράνθησαν, καὶ ἠλλάξαντο τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου, καὶ πετεινῶν, καὶ τετραπόδων καὶ ἑρπετῶν· διὸ καὶ παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ D

Sed evidens illorum amentia, quia non solum mortalibus hominibus Dei nomen et gloriam attribuerunt, sed etiam volucribus, quadrupedibus reptilibusque, et varios affectus suos et insanum furorem. De quibus Apostolus ait : « Evanuerunt in cogitationibus suis, et obscuratum est insipiens cor eorum : dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt, et mutaverunt gloriam incorruptibilis in similitudinem imaginis corruptibilis hominis et volucrum et quadrupedum et serpentium. Propterea tradidit illos Deus in passiones ignominiæ. » Uno

Variæ lectiones et notæ.

[91] γὰρ τοῦ Δ. B[1]. [92] πορνείαν, ἐκ Ῥ. δὲ τὴν ἀσ. καὶ ἐκ τοῦ Ἀ. τ. φ. καὶ ἐκ B[1]. [93] καὶ μὲν Ῥ [94] καὶ ἐξ Ἀ. [95] καὶ ἐκ Δ Par. [96] ἄλλα πρὸς ἔλεγχον B[1]. [97] ἄδηλος Par. [98] προσκυνῆσαι διὰ τὸν πλοῦτον τῆς ἀσεβείας· καὶ τὸ μὲν ὕδωρ τοῦ Νείλου ἐσέβοντο ὡς τὴν χώραν αὐτῶν ἀρδεῦον, τὸν δὲ βοῦν ἐθεποιοῦντο ὡς τὴν γεωργίαν ἐπιτελοῦντα καὶ τὴν τροφὴν πορίζοντα, τὸν δὲ τράγον καὶ τὰ πρόβατα διὰ τὴν ἐξ αὐτῶν χρῆσιν, κ. τ. λ. Par. [99] κυβερ. Hucusque e codd. Mon. et Aug. cum Par. 1705 collatis. Quæ sequuntur sunt e codice Mosquensi, qui incipit νιτικὴν Ἥφ., κ. τ. λ. cf. Glycam 244,22-245,21. [1] Ἥφαιστος δὲ τὴν χ. Ἀσκληπιὸς τὴν B[2]. [2] καὶ Ἀπόλλων l. καὶ ὁ Ἀπόλλων cod. ut B[2]. [3] μὲν τὸν στολισμόν B[2]. [4] Ζ. ὁ Ἐλά:ων cod. — Ἐλεάτης B[2]. [5] ὁ Ἀρισταῖ; B[2], sed p. 194 ὁ Ἀριστοτέλης — ἀριθμούς B[2] — ἀριθμ. cod. — ὅτι παρ' ἄλλοις B[1]—ἄλλων θεῶν γενομένων γίνονται B[1]. [6] τράγον, καὶ τούτους ἄλλοι B[1]

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

verbo, omnium qui in idola insanierunt discrepans est opinio et cultus, nec eadem apud ipsos inveniuntur. Et jure quidem; illud enim non parvum argumentum est impietatis eorum. Cum enim varii et multi sint in quacumque regione dii, altero alterius deum tollente, tolluntur omnes. Etenim qui apud alios dii coluntur, iis qui apud alios dicuntur dii immolantur et sacrificantur. Ægyptii Apim vitulum venerantur et Mendesium hircum, quos quidem alii Jovi immolant; Libyi oves adorant, et ab aliis oves ad victimam jugulantur. Indi Bacchum colunt symbolice ipsum vinum appellantes, et alii istud libant; alii vero flumina et fontes, et præcipue Ægyptii aquam pluris fecerunt et deum declaraverunt. Apud eosdem tantum super omnes gentes superabundavit insanus idolorum cultus, ut non solum boves et hircos, canes et simias adorarent, sed et allia et cepas et multa vilia olera deos vocarent et adorarent præ nimia impietate. Et aquam quidem Nili venerabantur, utpote quæ regionem ipsorum irrigabat; bovem autem divinis afficiebant honoribus, ut agriculturam exsequentem et alimenta parantem; hircum vero et oves ob earum utilitatem; cæteras abominationes, canesque et simias, et marinas bestias et alia absurda animalia et olera colebant, eo quod salutem præbebant tempore exitii Pharaonis. Quando enim iste Israelem persequens submersus est, unusquisque illud propter quod impeditus fuerat ne Pharaonem sequeretur, et cujus occasione salvus evaserat, illud, inquam, divino affecit honore, dicens: « Deus meus factus es hodie præsertim, per quem salvus non perii cum Pharaone, impeditus ista providentia. »

A Θεὸς εἰς πάθος ἀτιμίας. » (18) Καὶ ὅλως τῶν ἐν εἰδώλοις μανέντων πάντων διάφορός ἐστιν ἡ δόξα καὶ ἡ θρησκεία, καὶ οὐ τὰ αὐτὰ παρὰ τοῖς αὐτοῖς εὑρίσκεται. Καὶ εἰκότως· τοῦτο γὰρ οὐ μικρὸς ἔλεγχός ἐστι τῆς αὐτῶν ἀθεότητος· διαφόρων γὰρ ὄντων καὶ πολλῶν κατὰ χώραν θεῶν, τοῦ ἑτέρου τὸν τοῦ ἑτέρου θεὸν [6] ἀναιροῦντος, οἱ πάντες ἀναιροῦνται· καὶ γὰρ οἱ παρ' ἄλλοις νομιζόμενοι θεοὶ τῶν παρ' ἄλλων λεγομένων θεῶν γίνονται σπονδαὶ καὶ θυσίαι. Αἰγύπτιοι μὲν τὸν [7]Ἄπιν βοῦν μόσχον ὄντα σέβουσι καὶ τὸν Μενδήσιον τράγον, τούτους δὲ ἄλλοι τῷ Διΐ θύουσιν. Λίβυες [7] δὲ προβατοθεοποιοῦντες, καὶ τοῦτο παρ' ἑτέρων [8] εἰς θυσίαν σφάττεται [9]. Ἰνδοὶ δὲ τὸν Διόνυσον θρησκεύουσι, συμβολικῶς αὐτὸν οἶνον [10] ὀνομάζοντες. Καὶ ἄλλοι τοῦτον σπένδουσι, ἕτεροι δὲ B ποταμοὺς καὶ πηγάς [11]· καὶ πάντων μᾶλλον Αἰγύπτιοι τὸ ὕδωρ προτετιμήκασι καὶ θεὸν ἀνηγόρευσαν. (19) Ἐν οἷς καὶ τοσοῦτον ὑπερεπλεόνασεν ἡ εἰδωλομανία [12] παρὰ τὰ ἔθνη πάντα, ὡς οὐ μόνον βόας τε καὶ τράγους καὶ κύνας καὶ πιθήκους θεραπεῦσαι, ἀλλὰ 46 καὶ σκόροδα καὶ κρόμυα καὶ πολλὰ τῶν εὐτελῶν [13] λαχάνων θεοὺς ὀνομάσαι [14] καὶ προσκυνῆσαι διὰ τὸν πλοῦτον τῆς ἀσεβείας. Καὶ τὸ μὲν ὕδωρ τοῦ Νείλου ἐσέβοντο ὡς τὴν χώραν (1[b]) αὐτῶν ἀρδεῦον [15]· τὸν δὲ βοῦν ἐθεοποίουν [16] ὡς τὴν γεωργίαν ἐπιτελοῦντα καὶ τὴν τροφὴν πορίζοντα, τὸν δὲ τράγον καὶ τὰ πρόβατα διὰ τὴν ἐξ αὐτῶν χρῆσιν· τὰ δὲ λοιπὰ βδελύγματα, κύνας τε καὶ πιθήκους καὶ κνώδαλα καὶ τὴν λοιπὴν ἀπρέπειαν τῶν ζώων τε καὶ λαχάνων ἐθεράπευον [17], καθότι πρόφασις αὐτοῖς αἱ περὶ ταῦτα χρεῖαι γεγόνασι, δῆθεν αἴτια [18] σωτηρίας ἐν τῷ καιρῷ τῆς τοῦ Φαραὼ πανολεθρίας [19]. C Ἡνίκα γὰρ ἐκεῖνος τὸν Ἰσραὴλ διώκων κατεποντίσθη, ἕκαστος περὶ ᾧ ἀπησχολίσθη, μὴ ἐξακολουθήσας τῷ Φαραὼ καὶ περισωθείς, τοῦτο ἐθεοποίησε λέγων· « Θεός μου γέγονας σήμερον μάλιστα, δι' οὗ καὶ σωθεὶς οὐ συναπόλωλα τῷ Φαραώ, κωλυθεὶς διὰ τῆς τούτου προνοίας. »

Post tempus igitur, et juxta justam periodum, Ægyptiis nascebatur bos, habens signa quædam super lingua et in cauda, quibus dignoscebatur Apis sive deus esse; unde festum celebrabant, quasi deus inter eos mansurus advenisset, et bovi lautum in præsepi apponebant convivium, ita deum suum epulis celebrantes. Similiter et hircum venerabantur, quem Menden vocabant, et juxta linguam suam tanquam consecratum aiebant genitali virtuti, cujus hirci templum exstabat, in quo statua erat hircinis cruribus, erecta verenda habens.

(20) Ὑπὲρ χρόνον δὲ τοίνυν καὶ κατὰ περίοδόν τινα τοῖς Αἰγυπτίοις ἐγεννᾶτο βοῦς ἔχων σημεῖά τινα περὶ τὴν γλῶσσαν καὶ τὴν κέρκον, ἐξ ὧν ἐγνωρίζετο, ὅτι [7]Ἀπίς ἐστιν [20], ἤγουν θεός, ὅθεν καὶ ἑορτὴν ἐποίουν, ὡς θεοῦ αὐτοῖς ἐνδημήσαντος, καὶ παρατιθέασι τῷ βοῒ πανδαισίαν [21] ἐν τῇ φάτνῃ πολλὴν, ὡς ἂν εἰ εὐωχοῦντες τὸν θεὸν αὐτῶν. Ὡσαύτως δὲ καὶ τὸν τράγον σεβόμενοι [22] Μένδην λεγόμενον καὶ [23] κατὰ τὴν ἑαυτῶν γλῶσσαν ὡς ἀνακείμενον ἔφασκον τῇ γονίμῳ δυνάμει, οὕτινος τράγου D καὶ ἱερὸν ὑπῆρχεν ἐν ᾧ ἦν τραγοσκελὴς [24] ὄρθιον τὸ

Variæ lectiones et notæ.

[7] Λίβυες δὲ πρόβατον θεοποιοῦσι ὡς Θεόν B[1]. [8] ἑτέρως B[1]. [9] σφάζεται B[1]. [10] οἶον ἀ. ὀν. B[1]. [11] π. καὶ κρήνας B[1]. [12] εἰδωλομανίαὼ B[1]. [13] εὐτελῶν om. B[1]. [14] ὀνομάζουσιν B[2]. [15] ἀρδεύων B[1] et cod. [16] ἐθεοποιοῦντο et om. τὴν B[1] — βδελλ. [17] ἐθεράπευον om. B[1]. [18] αἴτιον. [19] πανολεθρίας διὰ τὸ ἐνασχολεῖσθαι εἰς αὐτὰ ὅτι κ. π. τ. τοῦ χρόνου ἐγείνατο τ. Ἀ. βοῦς B[1]. [20] ἐστὶν om. B[1]. [21] πανδεσίαν codex. [22] δεόμενοι M. λέγουσιν κ. τὴν ἐ. διάλεκτον ὡσανεὶ κειμ. B[1]. [23] καὶ dele in codice deficiens. — πανδεσίαν B[1], ὡς ἂν εἰ om. B[1]. [24] τραγοσκελὶς codex, sed cf. Herodotum II, 46 — τραγοσκελὴς B[1], τραγοσκελέ;, sed ἔχων cod.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

αἰδοῖον ἔχων. Ἔτι μὴν καὶ τοὺς κροκοδείλους, καὶ τοὺς ὄφεις, καὶ τοὺς αἰλούρους, καὶ τοὺς ἰχθύας τιμῶντες, ἐξ ἀλόγου τιμῆς ἀτιμίαν ἑαυτοῖς περιποιοῦνται [28]. (21) Ἤδη δέ τινες εἰς τοσαύτην ἀσθένειαν καὶ παραφροσύνην ἐξήχθησαν, ὡς καὶ ἀνθρώπους τοῖς παρ'αὐτῶν ψευδοθέοις κατασφάττειν καὶ εἰς θυσίαν προσάγειν. (22) Ὅθεν προασφαλιζόμενος ἄνωθεν ὁ θεῖος λόγος τὸν ἐκ τοιαύτης [29-30] πλάνης ἀπαλλαγέντα λαὸν ἔφασκεν· «Οὐ ποιήσῃς σεαυτῷ εἴδωλον οὐδὲ πᾶν ὁμοίωμα ὅσα ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω, καὶ ὅσα ἐπὶ τῆς γῆς κάτω, καὶ οὐ προσκυνήσῃς αὐτοῖς, οὐδὲ μὴ λατρεύσῃς αὐτοῖς.» Ὡς οὖν διαφορᾶς οὔσης μεταξὺ εἰδώλου καὶ ὁμοιώματος, εἰκότως 47 εἶπεν· «Οὐ ποιήσῃς σεαυτῷ εἴδωλον οὐδὲ ὁμοίωμα·» τὸ μὲν γὰρ εἴδωλον οὐδεμίαν ὑπόστασιν ἔχει, τὸ δὲ ὁμοίωμά τινός ἐστιν ἔνδαλμα καὶ ἀπείκασμα. Ἐπειδὴ τοίνυν Ἕλληνες ἀναπλάττουσι τὰς οὐχ ὑφεστώσας μορφὰς, Σφίγγας, καὶ Τρίτωνας, καὶ Κενταύρους, καὶ Αἰγύπτιοι [29] Κυνοπρόσωπον καὶ Βουκέφαλον, εἴδωλα καλεῖ τὰ τῶν οὐχ ὑφεστώτων μιμήματα, ὁμοιώματα δὲ τὰ τῶν ὑφεστώτων εἰκάσματα, οἷον ἡλίου, σελήνης, ἄστρων, ἀνθρώπων, θηρίων, ἑρπετῶν καὶ τῶν τοιούτοις παραπλησίων· τούτοις δὲ κελεύων μὴ προσκυνεῖν μηδὲ [30] λατρεύειν, οὐχ ἁπλῶς ἀπαγορεύει (2) ἀμφότερα· ἀλλ' ἐπειδὴ σημαίνει τινὰς προσκυνῆσαι μὲν ἀμφότερα διὰ φόβον ἀνθρώπινον, οὐ μὴν δὲ λατρεῦσαι κατὰ ψυχήν, ἐδίδαξεν ὡς ἑκάτερον ἀσεβὲς καὶ θεοστυγὲς καὶ λίαν ἀπόβλητον.

A Crocodilos quoque et serpentes, et feles, et pisces colentes ex irrationabili honore dedecus sibi comparant. Jamque quidam ad tantam infirmitatem et amentiam adducti sunt ut homines quoque falsis suis numinibus jugulatos sacrificarent. Idcirco præmuniens olim divinus sermo populum a tali errore liberatum, dicebat: « Non facies tibi idolum, neque omnem similitudinem quæ est in cœlo desuper, et quæ in terra deorsum, nec adoraveris ea, neque colueris ea. » Cum porro sit discrimen inter idolum et similitudinem, jure dixit: « Non facies tibi idolum, neque similitudinem; » idolum enim nullam personam habet, similitudo autem cujusdam est species et imago. Cum ergo Græci effingant formas quæ in natura non sunt, Sphinges et Tritones et Centauros, et Ægyptii canina facie deum, et Bucephalum, idola vocat fictarum rerum imitamenta, similitudines autem imagines rerum vere exsistentium, ut solis, lunæ, stellarum, hominum, ferarum, serpentium et his similium. Hujusmodi prohibens ne adorarent aut colerent, non simpliciter utrumque prohibet; sed prævidens quosdam utraque adoraturos esse propter metum hominum, nec tamen intra cor esse culturos, docuit utrumque esse impium, et Deo odiosum, et omnino abominandum.

B

Ε'. *Περὶ τῶν τεσσάρων στοιχείων.*

V. *De quatuor principiis.*

C

Διὰ δὴ τοῦτο πάλιν, ἵνα μή τινες ὡς οὗτοι, τῷ κάλλει τῶν κτισμάτων ἀποβλέψαντες, οὐχ ὡς ἔργον Θεοῦ, ἀλλ' ὡς θεοὺς τιμήσωσιν, εἰσάγει [31] προσφόρως ἡ Γραφὴ λέγουσα· «[32] Καὶ μὴ ἀναβλέψῃς τοῖς ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην [33-34] καὶ πάντα τὸν κόσμον τοῦ οὐρανοῦ, (καὶ) πλανηθεὶς προσκυνήσῃς αὐτοῖς [35-36], ἃ ἀπένειμε Κύριος ὁ Θεός σου πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν,» ἀπένειμε δὲ οὐχὶ εἰς τὸ εἶναι θεοὺς αὐτοῖς ταῦτα, ἀλλ' ἵνα τῇ τούτων ἐνεργείᾳ [37] γινώσκωσιν οἱ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν τὸν πάντων δημιουργὸν καὶ Κύριον· ἐκ γὰρ μεγέθους καὶ καλλονῆς κτισμάτων ἀναλόγως ὁ γενεσιουργὸς θεωρεῖται, καὶ «τὰ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται [38]», καὶ «οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ, ποίησιν δὲ χειρῶν αὐτοῦ ἀναγγελεῖ τὸ στερέωμα [39],» καθὰ γέγραπται. (2) Ὁ μὲν οὖν κτίστης Θεὸς τέλειός ἐστι καὶ προτέλειος, ἀνενδεὴς κατὰ πάντα τρόπον· τὰ δὲ κτίσματα λαβών τις, οἷον ἥλιον καθ' ἑαυτὸν μόνον καὶ σελήνην, γῆν τε αὖ καὶ ἄστρα [40] καὶ τὴν θερμὴν καὶ

Idcirco rursus, ne quidam, ut illi, ad pulchritudinem creaturarum oculos convertentes, non ut Dei opus, sed tanquam deos venerarentur, convenienter addit Scriptura dicens: «Et ne eleves oculos ut videas solem et lunam et omnia astra cœli, et errore deceptus adores ea quæ tribuit Dominus Deus tuus cunctis gentibus; » tribuit autem non ut essent eis dii, sed ut istorum virtute cognoscant gentes universi Creatorem et Dominum, etenim ex magnitudine et pulchritudine creaturarum apte Creator dignoscitur, et «invisibilia ipsius a creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta, conspiciuntur, » et « cœli enarrant gloriam Dei, et opera manuum ejus annuntiat firmamentum,» ut scriptum est. Creator ergo Deus perfectus est et æternus, nullius prorsus rei indigens; creaturas autem si quis sumat, ut solem in se solum, et lunam, terramque et stellas, et calorem et frigus, et siccitatem et humorem, separans a connexione quam habent ad invicem, et unamquamque harum re-

D

Variæ lectiones et notæ.

[28] περιεποιοῦντο B[1]. [29,30] ἐκ τῆς τοιαύτης cod. [29] Αἰγύπτιοι l. Αἰγύπτιοι cod. [30] μηδέ l. μήτε cod. [31] εἰσάγει l. ἐπάγει cod. [32] Deut. IV, 19, Καὶ μὴ ἀ. εἰς τὸν οὐρανόν καὶ ἰδών. [33-35] καὶ τοὺς ἀστέρας Deut. — καὶ λατρεύσῃς αὐτοῖς Deut. [35-36] αὐτά Deut. [37] ἐνεργείᾳ καὶ θεωρίᾳ γινώσκουσιν cod. [38] Rom. I, 20. [39] Ps. XIX, 1. [40] ἄστρα l. ἀέρα cod.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tum assumat in seipsa et singulatim spectet, prorsus videbit nihil sibi sufficere, sed cuncta aliis invicem indigere, et mutuis auxiliis subsistere. Sol enim toti cœlo circumvertitur et continetur in eo, et sine illius circuitu tenebræ nunquam essent; luna autem et stellæ testantur splendorem quem a sole accipiunt; terra vero sine pluviis fructus non edit, et pluviæ, nisi sint nubes, non descendunt super terram; nihil absque aere gignitur, sed aer non per seipsum, sed per æthera inflammatur, et per solem illustratus clarus efficitur. Fontes item et flumina non absque terra subsistent unquam, terra autem, non super seipsam firmata, sed super aquarum substantiam constabilita est; continetur et ipsa in medio orbis universi et una vincitur; mare, et qui extrinsecus universam terram circumfluit magnus oceanus, ventis agitatur et fertur, quocumque ipsum vis ventorum alliserit, venti autem non in seipsis, sed, juxta illes qui de talibus scripserunt, ex odore et colore quibus per æthera accenditur aer, in ipso aere formantur, et per ipsum spirant ubivis terrarum.

A τὴν ψυχρὰν καὶ ξηρὰν καὶ ὑγρὰν οὐσίαν, διαιρῶν ἀπὸ τῆς πρὸς 48 ἀλλήλας συναφείας, καὶ ἕκαστον ἐκλάβοι καθ' [61] ἑαυτὸν καὶ ἰδίᾳ θεωρήσειεν, εὑρήσει [62] πάντως μηδὲν ἱκανούμενον ἑαυτῷ, ἀλλὰ τῆς ἀλλήλων χρείας ἐπιδεόμενα καὶ ταῖς παρ' ἀλλήλων ἐπικουρίαις συνιστάμενα· ἥλιος μὲν γὰρ τῷ σύμπαντι οὐρανῷ περιστρέφεται καὶ ἐμπεριέχεται, καὶ σκότος ἄνευ τῆς ἐκείνου κυκλοφορίας [63] οὐκ ἂν ποτε γένοιτο· σελήνη δὲ καὶ ἄστρα μαρτυροῦσι τὴν παρὰ ἡλίου γενομένην αὐτοῖς φωταυγίαν· γῆ δὲ πάλιν οὐκ ἄνευ ὑετῶν τοὺς καρποὺς ἀποδιδοῦσα φαίνεται· οἱ δὲ ὑετοὶ χωρὶς τῆς τῶν νεφελῶν [64] χρείας οὐκ ἂν ἐπὶ τῆς γῆς καταβαίνουσιν [65]· ἀλλ' οὐδὲν ἔφυ [66] χωρὶς τοῦ ἀέρος, καὶ ὁ ἀὴρ οὐχ ὑφ' ἑαυτοῦ, ἀλλ' ὑπὸ μὲν τοῦ αἰθέρος διακαίεται, ὑπὸ δὲ B ἡλίου καταλαμπόμενος λαμπρύνεται. Καὶ πηγαὶ μὲν καὶ ποταμοὶ οὐκ ἄνευ τῆς γῆς συστήσονταί ποτε· γῆ δὲ οὐχ ὑφ' ἑαυτῆς ἐρήρεισται [67]· ἀλλ' [68] ἐπὶ μὲν τῆς τῶν ὑδάτων οὐσίας συνέστηκεν, ἐμπεριέχεται δὲ καὶ αὐτὴ κατὰ τὸ μέσον τοῦ παντὸς συνδεθεῖσα, ἥ τε θάλασσα καὶ ὁ ἔξωθεν περιῤῥέων σύμπασαν τὴν γῆν μέγας Ὠκεανὸς ὑπὸ ἀνέμων κινεῖται καὶ φέρεται ὅπου δ' ἂν αὐτὸν ἡ τῶν ἀνέμων προσρήξη βία. Καὶ αὖ πάλιν οἱ ἄνεμοι οὐκ ἐν ἑαυτοῖς, ἀλλὰ κατὰ τοὺς περὶ τούτων εἰπόντας [69], ἐκ τῆς πρὸς τὸν ἀέρα τοῦ αἰθέρος διακαύσεως καὶ θερμότητος, ἐν αὐτῷ τῷ ἀέρι συνίστανται, καὶ δι' αὐτοῦ πανταχοῦ πνέουσιν.

De quatuor autem elementis, quibus consistit corporum natura, calorem dico et frigus et siccitatem et humorem, quis nesciat simul conjuncta ista consistere, divisa autem et in se resoluta se invicem abolere? Calor enim frigore tollitur, et frigus calore aboletur, et humor siccitate durescit. Quomodo igitur dii essent ista, quibus aliorum auxilio opus est, et qui sibi invicem bellum inferunt, et quomodo deos vocare par sit? Quomodo etiam qui creaturam divino donant numine non vident, dum sol sub terra versatur, lumen ejus, ab ipso concessum, non lucere mortalibus, lunamque per diem solis lumine et splendore abscondi; terræ fructus grandine sæpe lædi, et ignem inundante aqua exstingui? Si dii essent, oportebat ipsa non alia ab aliis superari et abscondi, sed semper concordia esse et communes simul operationes exsequi. Ideo nec sol, neque luna, neque alia quædam pars creationis, multoque minus lapidea vel aurea vel ex aliis materiis simulacra, neque apud poetas fabulose narrati Jupiter et Apollo et cæteri vere dii esse possunt, ut traditum est, sed ex iis quædam sunt pars creationis, alia anima carent, alia vero solummodo homines mortales fuerunt vel sunt.

(3) Περὶ γὰρ τῶν δ' στοιχείων, ἐξ ὧν καὶ συνέστηκεν ἡ τῶν σωμάτων φύσις, τὴν θερμὴν λέγω καὶ τὴν ψυχρὰν, ξηράν τε καὶ ὑγρὰν οὐσίαν, τίς ἂν [70] (2) οὐκ οἶδεν, C ὡς ὁμοῦ μὲν συνημμένα ταῦτα συνίστανται, διαιρούμενα δὲ καθ' ἑαυτὰ γινόμενα λοιπὸν καὶ ἀλλήλων εἰσὶν ἀναιρετικά; Τὸ γὰρ θερμὸν ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ ἀναιρεῖται, καὶ τὸ ψυχρὸν ὑπὸ τοῦ θερμοῦ ἀφανίζεται, καὶ τὸ ὑγρὸν ὑπὸ τοῦ ξηροῦ ξηραίνεται· Πῶς οὖν ταῦτ' ἂν εἶεν θεοί, δεόμενα τῆς παρ' ἑτέρων ἐπικουρίας καὶ ἀλλήλοις μαχόμενα, καὶ θεοὺς ἀναγορεύειν ἄξιον; Πῶς δὲ πάλιν οἱ τὴν κτίσιν θεοποιοῦντες; οὐχ ὁρῶσιν ἥλιον μὲν ὑπὸ τὴν γῆν γινόμενον, καὶ τὸ φῶς αὐτοῦ μὴ ὁρᾶσθαι ὑπ' αὐτοῦ [71] συγχωρούμενον; σελήνην δὲ ἥλιος κρύπτει μεθ' ἡμέραν τῇ τοῦ φωτὸς λαμπηδόνι· καὶ γῆς μὲν τοὺς 49 καρποὺς χάλαζα πολλάκις βλάπτει, τὸ δὲ πῦρ, πλημμυροῦντος ὕδατος, σβέννυται; εἴπερ ἦσαν θεοί, ἔδει τούτους μηδ' ὑπ' ἀλλήλων ἡττᾶσθαι καὶ ἐπικρύπτεσθαι, D ἀλλὰ πάντοτε ἀλλήλοις συνεῖναι καὶ κοινᾷ, ἅμα τὰς ἐνεργείας ἐπιτελεῖν. Ὅθεν εἰκότως οὔτε ἥλιος, οὔτε σελήνη, οὔτε μὴν ἄλλο τι μέρος τῆς κτίσεως, πολλῷ δὲ πλέον οὔτε τὰ ἐν λίθοις καὶ χρυσῷ καὶ ταῖς ἄλλαις ὕλαις ἀγάλματα, οὐδ' οἱ παρὰ ποιηταῖς μυθολογούμενοι Ζεὺς καὶ Ἀπόλλων, καὶ οἱ λοιποὶ εἶεν ἀληθῶς θεοί, ὡς ὁ λόγος ἀπέδειξεν, ἀλλὰ τὰ μὲν αὐτῶν μέρη τῆς κτίσεώς εἰσι, τὰ δὲ ἄψυχα τυγχάνει, τὰ δὲ μόνον ἄνθρωποι θνητοὶ γεγόνασιν ἢ ὑπάρχουσιν.

Variæ lectiones et notæ.

[61] καθ' l. καὶ καθ' cod. [62] εὑρήση codex. [63] κυκλοφορίας, διαμενούσης vel διασωζομένης? [64] νεφελῶν l. νεφῶν cod. [65] καταβαίνοιεν? [66] ἔφη codex. [67] ἐρείρισται codex. [68] ἀλλ' — ἀλλ'. [69] εἴποιεν codex. [70] ἂν om. cod. [71] ὑπ' αὐτοῦ l. ὑπ' αὐτῆς (αὐτ. cod.)

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

(4) Εἰ τοίνυν τοὺς παρὰ ποιηταῖς λεγομένους θεοὺς οὐκ εἶναι θεοὺς ἀποδέδεικται, ἀνάγκη πᾶσα, τούτων ἀνατρουμένων, παρ' ἡμῖν εἶναι λοιπὸν τὴν θεοσέβειαν καὶ τὸν παρ' ἡμῖν [προσκυνούμενον [52] καὶ κηρυττόμενον, τοῦτον μόνον εἶναι Θεὸν ἀληθινὸν καὶ πάσης κτίσεως [53]] δημιουργὸν, τὸν ἐν Τριάδι προσκυνούμενόν τε καὶ λατρευόμενον, ὃς καὶ καθόλου τοὺς ἀνθρώπους ἀπὸ τῆς περὶ τὰ εἴδωλα πλάνης καὶ ἀλόγου φαντασίας ἀπάγων, καὶ πρὸς τὴν ἑαυτοῦ θείαν γνῶσιν ἐπανάγων [54]. Αὖθίς φησι [55]· « Οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ, » καὶ, « Ἄκουε, Ἰσραήλ· Κύριος ὁ Θεός σου, Κύριος εἷς ἐστιν· » καί, « [56] Κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις [57]. » (5) Οὕτως οὖν τῇ ἑαυτοῦ σοφίᾳ καὶ δυνάμει πάντα συνέχων καὶ τὰς ἀρχὰς διαφυλάττων πάσης αἰσθητῆς οὐσίας, ἅπερ εἰσὶ θερμὰ, καὶ ψυχρὰ, καὶ ξηρὰ, καὶ ὑγρὰ, εἰς ἓν συγκεραννύων σύμφωνα, ἀποτελοῦσιν ἁρμονίαν· καὶ οὔτε τὸ πῦρ τῷ ψυχρῷ μάχεται, οὔτε τὸ ὑγρὸν τῷ ξηρῷ ἀντιτάσσεται, ἀλλ' ὡς φίλα καὶ ἀδελφὰ καθ' ἑαυτὰ ὄντα, τὰ ἐναντία συνελθόντα τε καὶ φαινόμενα ζωογονοῦσι καὶ τοῦ [58] εἶναι τοῖς σώμασιν ἀρχαὶ γίνονται, καὶ οὕτως αὐτῷ πάντα πειθόμενα, τὰ μὲν ἐπὶ γῆς ζωογονεῖται, τὰ δὲ ἐν οὐρανοῖς συνίσταται. Καὶ ἡ μὲν θάλασσα πᾶσα καὶ ὁ μέγας ὠκεανὸς ὅροις ἰδίοις ἔχουσι τὴν ἑαυτῶν κίνησιν· ἡ δὲ ξηρὰ πᾶσα χλοηφορεῖ καὶ κομᾷ παντοίοις καὶ διαφόροις φυτοῖς, ὑπείκουσα [59] τῷ θείῳ προστάγματι. (6) Τὴν δέ γε δημιουργίαν τοῦ κόσμου καὶ τὴν πᾶσαν κτίσιν πολλοὶ διαφόρως ἐξειλήφασι, καὶ 50 ὡς ἕκαστος αὐτῶν ἠθέλησεν, οὕτω καὶ ὡρίσατο. Οἱ μὲν γὰρ αὐτομάτως καὶ ὡς ἔτυχε τὰ πάντα γεγενῆσθαι λέγουσιν, ἐξ ὧν εἰσιν οἱ Ἐπικούρειοι καὶ τὴν τῶν ὅλων πρόνοιαν περὶ αὐτῶν οὐκ εἶναι μυθολογοῦσιν· οἱ δέ, ἐν οἷς ἐστι καὶ ὁ περιβόητος οὗτος Πλάτων, ἐκ προϋποκειμένης καὶ ἀγενήτου ὕλης πεποιηκέναι τὸν Θεὸν τὰ πάντα διηγοῦνται.

Si ergo illos qui apud poetas dii dicuntur, deos non esse demonstratum est, omnino necessarium, his sublatis, apud nos jam esse verum Dei cultum, et eum qui a nobis adoratur et prædicatur, solum esse Deum verum et universæ creationis auctorem, quem in Trinitate adoramus et colimus; qui etiam prorsus homines ab errore circa idola et ab irrationali superstitione revocavit et ad divinam sui ipsius cognitionem adduxit. Dicit iterum: «Non erunt tibi dii alii præter me;» et: «Audi, Israel, Dominus Deus tuus, Dominus unus est;» et: «Dominum Deum tuum adorabis, et ei soli servies.» Ita igitur sua ipsius sapientia et virtute cuncta contines, et principia conservans omnis sensibilis substantiæ, quæ sunt calidum et frigidum, siccum et humidum, in unum concordia contemperat, ita ut harmoniam præseferant; nec ignis frigido adversatur principio, neque humidum sicco resistit; sed quasi fraterna juncta concordia, contraria convenientiaque et apparentia vivificant et exsistendi corporibus principia fiunt, sicque cunctis ipsi obedientibus, quæ sunt super terram vivificantur, et quæ in cœlis constabiliuntur. Mare autem totum et vastus oceanus in suis ipsorum moventur limitibus, et arida tota virescit, variisque et omnimodis plantis luxuriat, divino obediens præcepto. Conditionem mundi et universam creationem multi varie interpretati sunt, et ut unusquisque voluit, sic definierunt. Quidam enim casu et temere cuncta facta esse dicunt, inter quos Epicurei, neque ullam circa res universas esse providentiam fabulantur; alii vero, inter quos celeberrimus Plato, ex præexsistente et æterna materia Deum cuncta fecisse affirmant.

ϛ'. Περὶ μαγείας καὶ γοητείας.

Οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ εἰς ἀδικίαν ἐκτραπέντες καὶ παρανομίαν πᾶσαν ὑπερβάντες, ἀκόρεστοι περὶ τὸ ἁμαρτάνειν γεγόνασιν. Πόλεις γὰρ κατὰ πόλεων ἐπολέμουν, ἔθνη κατὰ ἐθνῶν ἠγείροντο, καὶ διῄρητο πᾶσα ἡ οἰκουμένη εἰς μάχην, ἕκαστος φιλονεικοῦντες ἐν τῷ παρανομεῖν καὶ πράττειν ἄθεσμα πρὸς λύπην Θεοῦ καὶ θεραπείαν τοῦ διαβόλου. Τοσοῦτον γὰρ ἠσέβουν, ὅτι καὶ δαίμονας ἐθρήσκευον καὶ θεοὺς αὐτοὺς ἀνηγόρευον καὶ θυσίας αὐτοῖς διὰ ἀλόγων ζώων καὶ ἀνθρώπων σφαγὰς προσήγαγον, ὡς εἴρηται. (2) Διὸ καὶ μαγεῖαι παρ' αὐτοῖς ἐδιδάσκοντο [60], καὶ μαντεῖαι καὶ φαρμακεῖαι, καὶ μέντοι καὶ τὴν γένεσιν αὐτῶν καὶ τὴν αἰτίαν πάσης πολιτείας τε καὶ συμβάσεως τύχῃ καὶ ἄστροις ἀνε-

VI. *De magia et præstigiis.*

Interea ad injustitiam deflexi, et omni impietate contaminati, insatiabiles ad peccandum facti sunt. Urbes enim adversus urbes præliabantur, gentes adversus gentes excitabantur, et ruebat in bella universa terra, dum in facienda injustitia et iniquitate, ad affligendum Deum et serviendum diabolo, cuncti æmularentur. Adeo enim impii erant, ut etiam dæmones adorarent, et deos ipsos declararent, et sacrificia eis offerrent, bruta animalia et homines mactando, ut dictum est. Ideo magiam edocebantur et divinationes et veneficia; quin imo et nativitatem et causam omnis actionis et transactionis fortunæ et astris attribuebant, nihil nisi visibilia considerantes. Uno verbo,

Variæ lectiones et notæ.

[52] προσκ. [53] κτίσεως. [54] ἐπανάγων. Αὖθις l. πανάγων αὖθις. [55] Ex. xx, 3-18. Deut. vi, 4. [56] Matth. iv, 10. [57] προσκυνήσεις, λατρεύσεις l. προσκυνήσῃς, λατρεύσῃς cod. [58] τό cod. [59] ὑπηκ. cod. ὑπηκούουσα? — ὑπακούουσα l. ὑπήκοος. [60] ἐδιδάσκοντο l. ἐδιδάσκοντο.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY/FR

plena erant injustitia et impietate universa, et fraudes vatum ubique vigebant. Erant enim oracula Delphis, Dodonæ, in Bœotia, in Lycia, in Lybia, in Ægypto et Calauria celebrata; Pythiamque mirabantur vana superstitione seducti homines. Nunc vero ex quo Christus, Dei Verbum, Dei sapientia et virtus prædicatur, cessaverunt ista, et hæc dæmoniaca quievit insania, nec jam est in medio ipsorum qui vaticinetur. Et olim quidem homines vanis percellebantur ludribriis dæmonum, fontes, flumina, ligna, lapides occupantium, sicque præstigiis male sanos terrentium; nunc vero, Dei manifestato Verbo, ablata est horum superstitio.

A τίθουν, μηδὲν τῶν φαινομένων πλέον λογιζόμενοι. Καὶ ὅλως ἦν πάντα παρανομίας καὶ ἀσεβείας ἔμπλεα, καὶ παντεχοῦ τῆς ἀπάτης τῶν μάντεων ἐπεπλήρωτο. (2) Καὶ γὰρ τὰ ἐν Δελφοῖς καὶ τὰ ἐν Δοδώνῃ, καὶ τὰ ἐν Βοιωτίᾳ καὶ Λυκίᾳ, καὶ Λιβύῃ καὶ Αἰγύπτῳ καὶ Καλαυρίοις μαντεύμασιν· ἡ [61.62] Πυθία ἐθαυμάζοντο μὲν τότε ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων τῇ φαντασίᾳ, Νῦν δὲ, ἀφ' οὗ Χριστὸς, ὁ Θεὸς Λόγος, ἡ τοῦ Θεοῦ σοφία καὶ δύναμις καταγγέλλεται, πέπαυται ταῦτα καὶ ἡ τούτων δαιμονιώδης μανία, καὶ οὐκ ἔστιν ἔτι λοιπὸν ἐν αὐτοῖς ὁ μαντευόμενος. Καὶ πάλαι μὲν ἐφαντασιοσκόπουν δαίμονες τοὺς ἀνθρώπους, προκαταλαμβάνοντες πηγὰς, ἢ ποταμοὺς, ἢ ξύλα ἢ λίθους, καὶ οὕτω ταῖς μαγείαις ἔπληττον τοὺς ἄφρονας· νῦν δὲ, τῆς θείας ἐπιφανείας τοῦ Θεοῦ Λόγου γενομένης, ἠφάνισται τούτων ἡ φαντασία.

Et olim quidem dictos apud poetas deos Jovem et Saturnum et Apollinem et heroas, cum vere deos esse opinarentur colerentque homines, errabant vehementer. Imo quosdam ex illis allegorice interpretantes adorabant. Sic Neptunum aquam, Vulcanum ignem, Junonem aerem, Cererem terram et fructus, Jovem pluviam credebant: pro quo ipsi homines mortales agniti sunt. Solus Christus inter homines cognitus est Deus verus, veri Dei divinum Verbum. Poetæ quidem dixerunt Jovem esse imbrem; sed iidem illum adulterum, puerorum corruptorem, parricidam, et omnino scelestum dixerunt: at ne imber quidem est; si enim hoc crediderit, et illa concedere necesse est; si vero illud negaveris, hoc quoque tibi negandum erit. Si vero, amissis poetis, utpote mendacibus, ad allegorias confugeris, hoc te interrogabo, quid tandem sit Jupiter, fervens, inquam, substantia, et imber super aerem, dictus æther eo quod ferveat et urat. Ergo non est rationalis et discretiva essentia, sed irrationalis; naturam enim aeris esse irrationalem prorsus evidens est. Si enim aer sit Jupiter, irrationalis est et insensibilis, et tunc fabula nullius momenti erit. Non enim aer pater fuit alicujus, nec ullam peperit substantiam qualem fingunt mythologi et fabularum fictores, qui solem, quem etiam Apollinem vocant, filium ejus esse dicunt. Sol enim nec rationem, nec judicium, nec mentem habet, sed ipse est naturale opus, motum et circumlatum ea lege, quam ab initio ei Deus præscripsit. Itaque nec pluendi quidem causa est æther, sed nubes recipientes aquam ex mari, sive desuper fluenta, sive aquæ quæ sunt super cœlum, ut ipsa Veritas dixit per Prophetas.

B (3) Καὶ πάλαι μὲν τοὺς 31 παρὰ ποιηταῖς λεγομένους θεοὺς Δία, καὶ Κρόνον, καὶ Ἀπόλλωνα, καὶ ἥρωας, νομίζοντες οἱ ἄνθρωποι θεοὺς ὑπάρχειν, ἐπλανῶντο αἰσθόντες· καὶ μέντοι καὶ ἀλληγορικῶς τινας αὐτῶν ἐκλαμβάνοντες προσεκύνουν, οἷον τὸν Ποσειδῶνα ὕδωρ, καὶ τὸν Ἥφαιστον πῦρ, καὶ τὴν Ἥραν ἀέρα, καὶ τὴν Δήμητραν γῆν καὶ καρπούς, καὶ Δία ὑετόν. Ἀντὶ μὲν ἐκείνοις [63] ἐγνώσθησαν ἄνθρωποι θνητοί· μόνος δὲ Χριστὸς ἐν ἀνθρώποις ἐπεγνώσθη Θεὸς ἀληθινὸς, ἀληθινοῦ Θεοῦ Θεὸς Λόγος. (4) Οἱ τοίνυν ποιηταὶ εἰρήκασιν, ὅτι Ζεύς ἐστιν ὁ ὗων· ἀλλ' οἱ αὐτοὶ πάλιν εἶπον, ὅτι μοιχός ἐστι, καὶ παιδοφθόρος, καὶ πατραλφὰς καὶ ἕτερα τούτων οὐκ ἔλαττον ἐγκλήματα· ἀλλ' οὐκ ἔστι, φημὶ [64], ἀληθῶς, οὐκοῦν οὐδὲ τὸ ὗειν. Εἰ γὰρ ταῦτα δέχῃ, κἀκεῖνά σε ἀνάγκη δέξασθαι· εἰ δὲ ἐκεῖνα [65] ἐκβάλλεις, καὶ ταῦτα μετ' ἐκείνων. (5) Εἰ δὲ ἀφεὶς τοὺς ποιητὰς ὡς πλαστολόγους, καὶ ἐπὶ τὰς ἀλληγορίας δράμοις, ἐκεῖνό σε ἐρήσομαι, τί ποτέ ἐστιν ὁ Ζεὺς, ἡ ζέουσα, φημὶ, οὐσία καὶ τὸ ὑπὲρ τὸν ἀέρα ὄμβρος, ὃ αἰθὴρ λέγεται παρὰ τὸ ζέον καὶ καῖον. Οὐκοῦν οὐκ ἔστι λογική τις καὶ διακριτικὴ, ἀλλὰ ἄλογος· ὅτι γὰρ ἡ τοῦ ἀέρος φύσις ἄλογός ἐστι παντί που δῆλον. Εἰ γὰρ ἀὴρ ἐστιν ὁ Ζεὺς [66], ἄλογός ἐστι καὶ ἀναίσθητος· κἀντεῦθεν ὁ μῦθος οἰχήσεται· ὁ γὰρ ἀὴρ οὔτε πατὴρ ἐγένετό τινος, οὔτε τινὰ ἔτεκεν οὐσίαν οἵαν ἀναπλάττουσιν οἱ μυθολόγοι καὶ μυθοπλάσται τὸν Ἥλιον, ὃν καὶ Ἀπόλλωνα καλοῦσιν [67], υἱὸν αὐτοῦ λέγουσιν [68] εἶναι· οὔτε γὰρ ὁ ἥλιος λογισμὸν ἔχει, οὔτε διάνοιαν ἢ νοῦν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ φυσικόν ἐστι τὸ ἔργον, ἀγόμενον καὶ περιφερόμενον τῷ νόμῳ, ᾧ πάλαι τὴν ἀρχὴν αὐτῷ ἔταξεν ὁ Θεός· ἀλλὰ ὥστε οὐδὲ τὸ ὗειν τοῦ αἰθέρος ἐστὶν, ἀλλὰ τῶν νεφελῶν δεχομένων τὸ ὕδωρ [69] ἢ ἀπὸ τῆς θαλάσσης, ἢ ἄνωθεν φερομένων τῶν ναμάτων, ἢ τῶν ὑπὲρ τὸν οὐρανὸν ὑδάτων, ὡς ἡ ὄντως Ἀλήθεια διὰ τῶν θείων προφητῶν ἔφη.

tertia.» Ut autem summatim et breviter de ipsis rursus dicam, multæ et omnimodæ fuerunt electorum impiorum turbæ, diversaque tela blasphemiæ; multifidoque et vario mendacio voluptati fabularum permixto, miscellaneaque tanquam potione condita, polytheismi errore homines quasi ebrii facti sunt. Sophistæ autem trita et alba veste, barba prolixa et coma capitis philosophiam deflnientes, poetarum theologiæ ridiculum videntes, alias excogitaverunt semitas erroris quæ ad ipsum deducebant poetarum barathrum. Hi quidem sermonis elegantia et vi sententiarum poetica fœda facinora deorum et turpiloquium absconderunt; illi autem perversis affectibus divinam imposuerunt appellationem, atque voluptatem, ut dixi, Venerem, iram Martem, ebrietatem Bacchum, furtum Mercurium, prudentiam Minervam appellaverunt, taliaque monstra superbo cum supercilio et Attica loquacitate fingentes, plerosque homines in aliam erroris formam adduxerunt; et qui se philosophos dictitabant, et propter habitum ab omnibus honorem carpebant, et a se affectus vinci jactabant, imprudenter suaserunt hominibus ut affectus pravos adorarent, et animum, qui affectus libera potestate dominari et tanquam auriga regere debet, immolarent concupiscentiæ, iræ, furto, ebrietati et cæteris pravis cupiditatibus. Alii quoque nihil præter visibilia cogitare valentes, sed intra sensibilia intelligentiam coercentes, quæ oculis videnda subjacent, deos declaraverunt, et venerabile nomen, sanctum audientibus incutiens horrorem, hi quidem elementis, alii vero horum partibus imposuerunt. Alii casu mundum factum esse dixerunt; fuerunt qui plures deos unius loco imaginarentur. Alii Deum prorsus negaverunt; alii Deum confessi sunt, sed nequaquam universo consulentem; alii Deum mundum quidem curare dixerunt, sed leviter hoc facere, et luna deflnire providentiam, cæterasque mundi partes temere ferri, fati necessitati haud libere servientes. His et similibus aperte aghovimus illos, non solum invicem, sed eosdem de iisdem rebus contrario scripsisse, maximamque discordiam, dum gloriæ studio et malitia se invicem premunt, effecisse, terram conturbavisse, et cum semetipsis perdidisse multos.

περὶ τὰ τρίτα. » (10) Καὶ ἁπλῶς [65], ἵνα συλλήβδην περὶ τῶν αὐτῶν αὖθις κεφαλαιωδῶς εἴπω καὶ περιληπτικῶς, πολλὰ μὲν οὖν καὶ παντοδαπὰ 63 τῶν δυσσεβῶν αἱρουμένων τὰ στίφη [65a] καὶ διαφορα τῆς βλασφημίας τὰ βέλη, πολυσχιδὲς δὲ καὶ ποικίλον τὸ ψεῦδος; [66] τῷ τερπνῷ τοῦ μυθώδους κεράσασα καὶ οἷον κυκεῶνα κατασκευάσασα, τῆς πολυθέου πλάνης τὴν μέθην τοῖς ἀνθρώποις προσήνεγκεν· ἡ δὲ σοφιστικὴ ἐν τρίβωνι λευκῷ καὶ πώγωνι μακρῷ καὶ κόμῃ κεφαλῆς τὴν φιλοσοφίαν ὁριζομένη, τῆς ποιητικῆς θεολογίας τὸ καταγέλαστον ὁρῶσα, ἑτέρας πλάνης ἐνενόησεν ἀτραπούς, εἰς αὐτὸ τὸ ποιητικὸν ἐκεῖνο βάραθρον ἀπαγούσας. Οἱ μὲν γὰρ τῇ [67] κομψείᾳ τοῦ λόγου καὶ τῇ τῶν ἐνθυμημάτων δεινότητι τῇ ποιητικῇ τὴν περὶ τῶν θεῶν αἰσχρουργίαν καὶ αἰσχρολογίαν [68] ἐκάλυψαν· οἱ δὲ τοῖς πάθεσι τὴν θείαν προσηγορίαν ἔθεσαν, καὶ τὴν μὲν ἡδονήν, ὡς ἔφην, Ἀφροδίτην ὠνόμασαν, Ἄρεα δὲ τὸν θυμόν, τὴν δὲ μέθην Διόνυσον, Ἑρμῆν δὲ τὴν κλοπήν, τὴν δὲ φρόνησιν Ἀθηνᾶν, καὶ τοιαῦτά τινα μετὰ ἀλαζονικῆς ὀφρύος καὶ τῆς Ἀττικῆς στωμυλίας τερατευόμενοι, τοὺς πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων εἰς ἑτέραν εἴδους ἀπάτην μετήγαγον· καὶ οἱ φιλοσοφεῖν ὑπισχνούμενοι καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ σχήματος τιμὴν παρὰ πάντων δρεπόμενοι (8a) καὶ τῶν παθῶν κρατεῖν ἐπαγγελλόμενοι προσκυνεῖν τὰ πάθη τοὺς ἀνθρώπους ἀνέπεισαν, καὶ τὸν αὐτοκράτορα νοῦν τῶν παθῶν καὶ ἡνίοχον θύειν ἐπιθυμίᾳ, καὶ θυμῷ, καὶ κλοπῇ, καὶ μέθῃ, καὶ τοῖς ἄλλοις πάθεσιν, ἀνοήτως πεπείκασιν. (11) Ἄλλοι δὲ πάλιν οὐδὲν ὑπὲρ τὰ ὁρώμενα νοῆσαι δυνηθέντες, ἀλλὰ τοῖς αἰσθητοῖς τὸν νοῦν ἐγκαθείρξαντες, τὰ τοῖς ὀφθαλμοῖς εἰς θέαν προκείμενα, θεοὺς προσηγόρευσαν, καὶ τὸ σεπτὸν ὄνομα καὶ φρίκην ἐμποιοῦν τοῖς ἀκούουσιν οἱ μὲν τοῖς στοιχείοις, οἱ δὲ τοῖς μέρεσι τούτων ἐπέθηκαν· καὶ οἱ μὲν ἀπὸ ταὐτομάτου γεγενῆσθαι τὸν κόσμον, οἱ δὲ πολλοὺς θεοὺς ἀνθ' ἑνὸς ἐφαντάσθησαν· καὶ οἱ μὲν μὴ εἶναι παντελῶς τὸ Θεῖον, οἱ δὲ εἶναι μέν, οὐδενὸς δὲ τῶν ὄντων ἐπιμελεῖσθαι· οἱ δὲ ἐπιμελεῖσθαι μὲν ἔφασαν, σμικρῷ λόγῳ δὲ τοῦτο ποιεῖν καὶ τῇ σελήνῃ περιορίζειν τὴν πρόνοιαν, τὸ δὲ λοιπὸν τοῦ κόσμου μέρος, ὡς ἔτυχε, φέρεσθαι τῇ τῆς Εἱμαρμένης ἀνάγκῃ δουλεύειν βεβιασμένον. (12) Διὰ δὴ τούτων καὶ τῶν τοιούτων σαφῶς ἔγνωμεν, ὡς οὐ μόνον ἀλλήλους, ἀλλὰ 64 γε καὶ σφίσιν αὐτοῖς περὶ τῶν αὐτῶν ἐναντία γεγράφασι καὶ μεγίστων [68a] διαφωνίαν φιλοδοξίᾳ τε καὶ κακουργίᾳ πιεζόμενοι πρὸς ἀλλήλους εἰργάσαντο καὶ τὴν οἰκουμένην ἐτάραξαν καὶ σὺν ἑαυτοῖς πολλοὺς ἀπώλεσαν.

Tantus igitur error olim mundum occupavit, quem omnino dissipavit et expulit palam a nobis adoratus Dominus. Et verbum testantur opera, terraque et mare priori ignorantia et impietate liberata, sublato

(13) Τοσαύτη γοῦν [69] πάλαι πλάνη κατεῖχε τὸν κόσμον· ἀλλὰ ταύτην ἁρδὴν ἠφάνισε καὶ πάμπαν ἐξήλασε προδήλως ὁ παρ' ἡμῶν προσκυνούμενος Κύριος. Καὶ μαρτυρεῖ τῷ λόγῳ τὰ πράγματα, γῆ τε

Variæ lectiones et notæ.

[65] ἁ. ἀπ. τῶν κ. Pl. [65a] στήφη cod. [66] ἡ φιλοσοφία? [67] τῇ. [68] αἰσχρουργίᾳ καὶ αἰσχολοργίᾳ cod. [68a] μεγίστην? [69] Τοιαύτη οὖν Par. 2.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

καὶ θάλασσα, τῆς προτέρας ἀγνοίας καὶ δυσσεβείας ἀπηλλαγμένα, πεπαυμένης [1] τῶν εἰδώλων τῆς πλάνης, τῆς ἀγνοίας ὁ ζόφος ἐληλαμένος, τοῦ φωτὸς τῆς γνώσεως αἱ ἀκτῖνες τὴν οἰκουμένην ἐμπλήσασαι, Ἕλληνές τε καὶ Ῥωμαῖοι καὶ Βάρβαροι τὸν ἐσταυρωμένον θεολογοῦντες καὶ ἀντὶ τῶν πολλῶν καὶ ψευδωνύμων θεῶν τῇ Τριάδι μόνῃ λατρεύοντες, τὰ δὲ τῶν δαιμόνων τεμένη ἅρδην ἀπολλύοντες [2]· οἱ βωμοὶ τῶν εἰδώλων ἐκ βάθρων ἀνεσπασμένοι, ἐκκλησίαι περιφανεῖς πανταχοῦ δεδομημέναι, ἐν πόλεσιν, ἐν κώμαις, ἐν ἐσχατιαῖς μαρτύρων καὶ ὁσίων σηκοὶ ἐξειργασμένοι, ἀσκητῶν καταγωγαὶ τὰς τῶν ὀρῶν κορυφὰς ἁγιάζουσιν. Ταῦτα καὶ τὰ τούτοις ὅμοια τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν οἰκονομίας τὸ θεοπρεπὲς ἐπιδεικνύει κατόρθωμα, κενὴν ἅπασαν τῶν φιλοσόφων ἐρεσχελίαν [3] καταλειπόντων τοῖς

idolorum errore; ignorantiæ discussa caligo, luminis sapientiæ radii terram universam implentes; Græci, Romani et Barbari crucifixum Deum profitentes, loco multorum et falsorum deorum Trinitatem solam adorantes, dæmonum templa funditus evertentes, idolorum altaria funditus eversa; ecclesiæ publice ubique ædificatæ; in urbibus, in vicis, in remotissimis locis, martyrum et sanctorum templa exstructa; ascetarum diversoria cacumina montium sanctificant. Hæc et similia Salvatoris nostri incarnationis divinos demonstrant successus; nam omnes philosophorum inanes discussiones iis relinquimus, qui ambubajarum studiis occupantur. Perduravit igitur antiquus idolorum error a Sarug usque ad tempora Thare patris Abraham.

'14) Διέμεινε τοίνυν ἡ παλαιὰ τῶν εἰδώλων πλάνη ἀπὸ τῶν ἁλιέων καὶ ἰδιωτῶν ἐντρυφῶσι μαθήμασι. Σερούχ ἕως τῶν χρόνων Θάρρα τοῦ πατρὸς Ἀβραάμ.

[4] Ναχὼρ [5] δὲ γενόμενος ἐτῶν οθ' [6], ἐγέννησε τὸν Θάρρα (καὶ μετὰ τοῦτο ἔζησεν (8[b]) ἔτη ρκβ' [7] καὶ ἀπέθανε, ζήσας τὰ πάντα ἔτη σβ' [8]).

Nachor autem septuaginta novem annos natus, genuit Thare, et postea vixit centum et viginti duo annos, et mortuus est, cum facti essent omnes dies ejus ducentorum duorum annorum.

Θ'. *Περὶ τῆς γεννήσεως Ἀβραάμ.*

[9] Θάρρα δὲ γενόμενος ετῶν ο' ἐγέννησε τὸν Ἄβραμ καὶ τὸν Ναχὼρ καὶ τὸν Ἄραν [10], τὸν πατέρα τοῦ Λὼτ, ὃς καὶ ἀπέθανε πρὸ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Θάρρα, καὶ μετὰ τοῦτο ἔζησεν ὁ Θάρρα [11] ἔτη ρλε' καὶ **65** ἀπέθανε, ζήσας τὰ πάντα ἔτη σε [12]· ἦν δὲ οὗτος ἀγαλματοποιὸς ἀπὸ λίθων καὶ ξύλων θεοὺς πλαστουργῶν καὶ πιπράσκων. [13] Περιέστη μέντοι ὁ αἰὼν εἰς εἰκοστὴν γενεὰν ἕως τούτου ἐτῶν γτκβ' [14], καὶ οὐδεὶς πώποτε τῶν προγενεστέρων ἀνθρώπων φαίνεται υἱὸς πρὸ πατρὸς τελευτήσας, ἀλλὰ πατέρες πρὸ παίδων, τοὺς υἱοὺς διαδόχους τῶν πραγμάτων αὐτῶν καταλιμπάνοντες. Καὶ μή τις λεγέτω περὶ τοῦ Ἄβελ· οὐ γὰρ ἰδίῳ θανάτῳ τέθνηκεν, ἀλλὰ βιαίῳ· ἐξ ὅτε γὰρ Θάρρα ἀντίζηλον τῷ Θεῷ παρεστήσατο διὰ τῆς οἰκείας πλαστουργίας τεχνασάμενος εἴδωλα, τὰ ὅμοια οἷς ἔπραξεν ἐκ τῆς δίκης ἀπείληφεν καὶ αὐτὸς παραζηλωθεὶς ἀπὸ τοῦ ἰδίου τέκνου. Ἀπέθανε γὰρ ὁ Ἄραν ἐν τῷ ἐμπυρισμῷ, ᾧ ἐνεπύρησεν Ἄβραμ καῦσαι τὰ εἴδωλα τοῦ πατρὸς αὐτοῦ· ἐν γὰρ τῷ εἰσελθεῖν Ἄραν ἐξελέσθαι αὐτὰ, συνεφλέχθη καὶ ἀπέθανεν· διὸ καὶ θαυμάσασα ἡ θεία Γραφὴ ἐπεσημήνατο λέγουσα· « Καὶ ἀπέθανεν Ἄραν ἐνώπιον Θάρρα τοῦ πατρὸς αὐτοῦ [15]. » (4) Ὁ γὰρ Ἄβραμ, ὑπάρχων ἐτῶν ιδ' [16] καὶ [17] θεογνωσίας ἀξιω-

IX. *De nativitate Abraham.*

Thare cum septuaginta annos natus esset, genuit Abraham et Nachor, et Aran, patrem Lot, qui mortuus est ante Thare patrem suum, et postea vixit Thare centum triginti quinque annos, et mortuus est, cum facti essent omnes dies ejus ducentorum quinque annorum. Erat autem iste statuarius, ex lapidibus et lignis deos fingens et venditans. Mundi ætas usque ad vigesimam generationem et ad dies ejus fuit circiter trium millium trecentorum viginti duorum annorum, nec ullus unquam hominum ortu præcedentium videtur filius ante patrem mortuus esse, sed patres ante filios, quos hæredes rerum suarum relinquebant. Neque de Abel aliquis loquatur; non enim naturali morte defunctus est, sed violenta nece. Ex quo enim Thare æmulum se Deo constituit sua ipsius arte effingens idola, similia his quæ fecerat jure reportavit, ad æmulationem ipsa quoque provocatus a suo ipsius filio. Interiit enim Aran in igne quem incendit Abram ut combureret idola patris sui. Cum enim ingressus esset Aran ad auferendum ea, combustus cum iis interiit; ideoque mirans divina Scriptura indicavit dicens: « Et mortuus est Aran coram Thare patre suo. » Abram enim, cum quatuordecim esset an-

Variæ lectiones et notæ.

[1] πεπαυμένοις τ. ἰ. ὁ πλάνος Par. 2. [2] ἀπώλοντες; cod. [3] ματαιολογίαν secunda manu. [4] 2444 (3114). [5] Ὁ δὲ γε N. ὁ υἱὸς Σερούχ (quod indicium est excerptorum O. [6] οθ' l. ροθ' LXX. [7] ρκγ' O ut Chr. pasch. et Gen. xi, 25 Hebræus et Græcus, ρκγ'? [8] σβ' l. τκα' LXX, σα' cod. σι' O. [9] ζ373 (3184). — Ced. 47,11. ἐκ γυναικὸς Ἔδνας θυγατρὸς Ἀβραὰμ τοῦ πατραδέλφου αὐτοῦ Leo, Ced. [10] Ἄφραν καὶ τὸν N. Leo, Ἀράμ καὶ τὸν N. Ced. [11] ἔτη ρλε ὁ Θάρρα O. [12] 2238. [13] 3319. [14] γτιθ' Georg. continuatus, γτιθ' Eus. Chr. l. 13γ. [15] Gen. xi, 28. [16] κδ' Ced. 48,4, sed Glyc. 246,12 e Georgio τδ'. [17] τότε Par.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

norum, et in sacra initiatus esset, increpat patrem sum dicens : « Cur homines errare facis ob lucrum noxium ? Non alius est Deus nisi qui in cœlis est, qui universum mundum creavit, » et sic dicitur Dei cognitione dignus esse habitus. Videns enim cunctos homines creaturis servientes, et visibilia sub variis deorum cognominibus adorantes, circumibat quotidie afflictus et Deum verum exquirens sincera mente. Et sic aspiciens cœlum modo splendidum, modo tenebrosum, apud se dicebat : « Non est hoc Deus » ; similiter et solem et lunam, unum quidem abscouditum et obscuratum sæpe, alteram deficientem et evanescentem, dicebat : « Nec ista quidem dii sunt » ; imo stellarum cursum et motum curiose perscrutans (erat enim astronomiam a patre edoctus), nec in illis nec in aliis visibilibus inveniens horum auctorem, gravabatur valde et despondebat animum. Cujus desiderium et votum videns qui finxit corda nostra et intelligit in omnibus operibus suis, apparuit ei, et invitavit ut in terram promissionis iret, dicens : « Egredere de terra tua, et de cognatione tua, et de domo patris tui, et veni in terram quam monstrabo tibi. » Confestim idola sua partim franglt, partim incendi seceditque cum patre suo de terra Chaldæorum, et cum venisset in Charan, mortuus est pater ejus. Et egressus illinc iterum, juxta verbum Domini, venit cum uxore sua Sara et Lot filio fratris sui et universa ipsorum substantia in terram Chanaan sibi debitam, quam Chananæi tyrannice tenebant ut terram hostilem. De quo Clemens Romanus, philosophus et magni Petri vere discipulus, ita loquitur : « Cum fames facta esset, relicta terra Chanaan, Abram abiit in Ægyptum. Cum autem uxorem ejus Sara rex Abimelech rapuisset, statim hunc Deus examinavit et terrore perculit ; simul et membrorum languorem induxit, dixitque ei : « Redde mulierem viro, quia propheta est, et orabit pro te, et vives : si vero non reddideris, scito quod morieris tu et quæcunque tibi sunt. » Et ita impollutam Sara recepit Abram, et precatus est, et sanatus est Abimelech a languore, et omnes domestici ejus a plaga quam Deus immiserat. Ideo postea tanquam justum et Dei servum coluit eum rex, et animum advertit iis quæ ab illo dicebantur, et magister pietatis et doctrinæ factus est (Abram) Ægyptiis. » Primus enim, ut ait Josephus, Abram creatorem Deum prædicavit, et primus cum in Ægyptum descendisset, arithmeticam et astronomiam docuit, amabilisque ita et honoratus factus est, et dignatus est rex ab illo discere astrologiam et magiam, utpote viro eruditissimo et Chaldæo ; astrologia enim et magia a Magusæis

θεὶς, ἐνουθέτει τὸν πατέρα αὐτοῦ λέγων · « Τί πλανᾷς τοὺς ἀνθρώπους διὰ κέρδος ἐπιζήμιον ; Οὐκ ἔστιν ἄλλος Θεὸς εἰ μὴ ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὁ καὶ πάντα τὸν κόσμον ποιήσας · » οὕτως [18] λέγεται τῆς Θεογνωσίας ἀξιωθῆναι [19] · ὁρῶν γὰρ τοὺς ἀνθρώπους πάντας κτισματολατροῦντας καὶ διαφόρους [20] θεοὺς τὰ φαινόμενα προσαγορεύοντας καὶ προσκυνοῦντας [21], περιήρχετο καθ' ἑκάστην ἡμέραν διαπονούμενος καὶ τὸν ὄντως ὄντα Θεὸν ἐκζητῶν ἐκ φιλοθέου καρδίας · καὶ οὕτω βλέπων οὐρανὸν ποτὲ μὲν λαμπρὸν, ποτὲ δὲ σκοτεινὸν, ἔλεγεν ἐν ἑαυτῷ · « Οὐκ ἔστιν οὗτος Θεός · » ὁμοίως δὲ καὶ ἥλιον καὶ σελήνην, τὸν μὲν ἀποκρυπτόμενον ἢ ἀμαυρούμενον πολλάκις, τὴν δὲ φθίνουσαν καὶ ἀπολήγουσαν, ἔφασκεν · « Οὐδ' οὗτοί εἰσι θεοί · » καὶ μέντοι τὴν τῶν ἄστρων φοράν τε καὶ κίνησιν πολυπραγμονῶν — ἦν γὰρ ἀστρονόμος ἄκρος ἐκ τοῦ πατρὸς πεπαιδευμένος — καὶ μήτε διὰ τούτου μήτε μὴν δι' ἄλλων τινῶν ὁρωμένων εὑρίσκων τὸν τούτων δημιουργὸν, ἐδυσχέρηνε σφόδρα καὶ ἠθύμει, οὗ τὸν πόθον καὶ τὴν ἐπιθυμίαν ἰδὼν ὁ πλάσας καταμόνας **66** τὰς καρδίας ἡμῶν καὶ συνιεὶς εἰς πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ, ὥφθη αὐτῷ καὶ πρὸς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας πορείαν παρεκελεύσατο λέγων [22] « Ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς σου καὶ ἐκ τῆς συγγενείας σου καὶ ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου καὶ δεῦρο εἰς γῆν ἣν ἄν σοι δείξω. » (5) Καὶ δὴ παραχρῆμα λαβὼν τὰ εἴδωλα καὶ τὰ μὲν κλάσας, τὰ δὲ ἐμπυρήσας ἀνεχώρει μετὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἐκ γῆς Χαλδαίων, καὶ (9[a]) ἐλθὼν εἰς Χαρρὰν ἐτελεύτησεν ὁ πατὴρ αὐτοῦ. Καὶ ἐξελθὼν ἐκεῖθεν πάλιν ἐν λόγῳ Κυρίου ἦλθε σὺν τῇ γυναικὶ αὐτοῦ Σάρρᾳ καὶ τῷ ἀνεψιῷ αὐτοῦ Λὼτ μετὰ πάσης αὐτῶν τῆς ἀποσκευῆς εἰς τὴν ὀφειλομένην γῆν Χαναάν, ἣν οἱ Χαναναῖοι τυραννικῶς ᾤκησαν, πολεμικῇ χρησάμενοι βίᾳ. (6) Περὶ οὗ μέντοι καὶ Κλήμης ὁ Ῥωμαῖος καὶ σοφώτατος καὶ μαθητὴς Πέτρου τοῦ μεγάλου γνήσιος οὕτως ἔφη [23] · « Λιμοῦ δὲ γενομένου καταλιπὼν Ἀβρὰμ τὴν Χαναναίαν γῆν, εἰς Αἴγυπτον ἀπῆει, οὗ τὴν γυναῖκα Σάρραν Ἀβιμέλεχ ἁρπάσας ὁ βασιλεὺς, αὐτίκα τοῦτον ὁ Θεὸς, ἐτάσας καὶ λίαν ἐκδειματώσας, ἅμα καὶ πάρεσιν τῶν μελῶν ἐπάξας · « Ἀπόδος [24], ἔφη, τὴν γυναῖκα τῷ ἀνθρώπῳ, ὅτι προφήτης ἐστὶ, καὶ προσεύξεται περὶ σοῦ καὶ ζήσεις · εἰ δὲ μὴ ἀποδῷς, γνῶθι ὅτι ἀποθανῇ σὺ καὶ τὰ σὰ πάντα. » Καὶ οὕτως ἀπολαβὼν ὁ Ἀβραμ τὴν Σάρραν ἀμίαντον καὶ προσευξάμενος, ἰάθη τῆς παρέσεως ὅ τε Ἀβιμέλεχ καὶ πάντες οἱ ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ ἐκ τῆς θηλάτου πληγῆς. » (7) Ὅθεν δὴ λοιπὸν ὡς δίκαιον ἔκτοτε καὶ τοῦ Θεοῦ δοῦλον τιμῶν αὐτὸν ὁ βασιλεὺς καὶ προσέχων τοῖς ὑπ' αὐτοῦ λεγομένοις, διδάσκαλος εὐσεβείας καὶ πολυπειρίας Αἰγυπτίοις ἐγένετο. » Πρῶτος γὰρ, ὥς φησι Ἰώση-

Variæ lectiones et notæ.

[18] δέ Par. 2. [19] π. τ. ἀ. Par. 2. [20] διαφόρως κτίσματα λαμπροῦντας καὶ δια φόβον θ. Par. 2. [21] πρ. καὶ λατρεύοντας Par. [22] Gen. xii, 1. [23] Clemens, recog. I. 33,34 de his nihil habet nec alibi ubi de Abrahamo agitur. [24] Gen. xii, 10 ; xx, 2, Ced. 52,11, 53,19-56,8, Glyc. 246,19-22 e Josepho.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τος [25], Ἄβραμ δημιουργὸν τὸν Θεὸν ἀνεκήρυξεν, καὶ πρῶτος κατελθὼν εἰς Αἴγυπτον ἀριθμητικὴν καὶ ἀστρονομίαν αὐτοὺς ἐδίδαξε, κἀντεῦθεν ἐπέραστος καὶ παγγέραστος γενόμενος, ἠξίωσεν ὁ βασιλεὺς ὑπ' αὐτοῦ γυμνασθῆναι τὰ περὶ ἀστρολογίας καὶ μαγείας ἅτε πολυπείρῳ καὶ Χαλδαίῳ τυγχάνοντι· ἀστρολογία γὰρ καὶ μαγεία ἀπὸ Μαγουσαίων ἦτοι Περσῶν ἤρξατο· οἱ γάρ τοι Πέρσαι Μαγὼγ ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων ὠνομάζοντο. 67 Καὶ δὴ τῶν ἀστρολόγων καὶ μάγων συναθροισθέντων, ὁ βασιλεὺς ἅμα τῷ Ἄβραμ καὶ τοῖς συνήθεσι καθέσθη. Καὶ ἡσυχίας γενομένης, ὁ Ἄβραμ ἔφη· « Μαθεῖν βούλομαι παρ' ὑμῶν τῶν σοφῶν, εἰ δύναται γένεσις καὶ μαγεία βλάψαι τινὰ ἢ ὠφελῆσαι κατὰ τὴν ὑμετέραν δόξαν· » ἀφ' ὧν ἀποκριθεὶς Αἰγύπτιος ἀστρολόγος καὶ μάγος εἶπεν· « Μεγάλων ἡμῖν καὶ ἀναγκαίων ζητημάτων ἀγαθὴ πρόφασις, ὦ διδάσκαλε, γίνῃ· καὶ ἄξιόν ἐστι μηδὲν ἀποκρύψασθαί σε τῶν παρ' ἡμῖν ἀποῤῥήτων, πάντας οἴομεν ἀθρώπους γενέσει καὶ εἱμαρμένῃ δουλεύειν· ἀδύνατον γάρ ἐστιν ἄνθρωπον φονευθῆναι ἢ τελευτῆσαι παρὰ γένεσιν. » Ὁ δὲ Ἄβραμ ἔφη· « Ἡπατήθης ὄντως εἰπεῖν τοῦτο, μὴ εἰδὼς ὅτι ἐπὶ κριτοῦ βασιλέως ἔφης, ὃς ἀνθρώπων τὴν ἐξουσίαν ἔχει. » Καὶ ὁ βασιλεὺς ἀγαναχτήσας ἔφη πρὸς τὸν ἀστρολόγον· Νῦν οὖν, ἐὰν μεταπέμψωμεν τῶν ὑπηκόων ἀνθρώπων ἕνα, καὶ σκεψάμενος ἐφ' ἡμῶν εἴπῃς, ζωῆς αὐτὸν χρόνον ἔχειν ἢ μὴ ἔχειν, ἐγὼ τοὐναντίον πρὸς τοῦτον ποιήσω γενέσθαι, οὐ σαφῶς ἐλήλεγξαι ψεύστης ὑπάρχειν; Καὶ γὰρ ἐὰν εἴπῃς αὐτὸν ἔτι χρόνον ἔχειν ζωῆς, εὐθὺς κελεύσω αὐτὸν ἀναιρεθῆναι· εἰ δὲ μὴ ἔχειν αὐτὸν χρόνους λειπομένους (9b) λέξῃς πλὴν τὴν συνεστῶσαν ὥραν, αὐτὸν μὲν τῆς καταδίκης ἀπολύσω, σὲ δὲ παρευθὺ ὡς ψευδολόγον τοῦ ζῆν προεκκόψω, ἵνα λοιπὸν ὁ θάνατός σου πείσῃ πάντας αὐτίκα μηδεμίαν ἀληθείας ἔμφασιν ἔχειν τὰ περὶ τῆς ἀστρολογίας σου μυθολογούμενα. » Ταῦτα δὲ τοῦ βασιλέως εἰπόντος, ὁ Αἰγύπτιος ἔντρομος γενόμενος ἔπεσε πρηνής, δεόμενος ἐλέους τυχεῖν, αὐτός τε καὶ οἱ ὁμόφρονες αὐτοῦ. Καὶ ὁ βασιλεὺς τῷ Ἄβραμ χαριζόμενος ὡς διδασκάλῳ καὶ τὴν πλάνην ἐναργῶς φανερώσαντι δι' ἐπινοίας καὶ ὑπὲρ τῶν ματαιολόγων συνικετεύσαντι συνεχώρησεν αὐτοῖς [26], ἐπὶ πλεῖον κωμῳδήσας τὴν ἄλογον αὐτῶν δόξαν ὡς ἀνίσχυρον καὶ λασπλάνον. Καὶ δὴ κελεύσας ὡς ἐξ ὑποβολῆς Ἄβραμ ἀχθῆναί τινα προκαταδικασθέντα πυρίκαυστον γενέσθαι, προσέταξεν ἐπὶ πάντων εὑρεθῆναι τὴν γέννησιν αὐτοῦ καὶ τὸν θάνατον, καὶ διασκεψαμένους [27] εἰπεῖν τὸν τρόπον τοῦ θανάτου. Τῶν δὲ συνεχῶς ἐπὶ πολὺ διασκεψαμένων καὶ εἰπόντων, ὅτι 68 πυρποληθεὶς ἀποθανεῖται, τῆς γενέσεως ἐπαγούσης καὶ διαγορευούσης τοῦτο σαφῶς, ἀλλὰ νῦν ἔτι χρόνον ἔχει ζωῆς, καὶ οὔπω ἐλήλυθεν ὁ χρό-

sive Persis incepit. Persæ Magog ab indigenis nominabantur. Tum astrologis et magis congregatis, rex cum Abram et familiaribus sedit, et, facto silentio, dixit Abram: « A vobis sapientibus discere cupio an nativitas et magia nocere vel prodesse possint alicui juxta vestram opinionem. » Respondens Ægyptius, astrologus et magus, dixit: « Magnarum nobis et necessariarum quæstionum bonæ fis occasio, o magister, et justum est nos nihil te celare ex arcanis nostris: putamus homines omnes nativitati et fato servire; impossibile est enim hominem occidi vel mori præter nativitatem. » Abram dixit: « Errasti vere dicens hoc, nesciens quod coram rege judice locutus es, vitæ hominum domino. Rex indignatus dixit astrologo: « Nunc vero si accersiverim unum ex subditis, et tu deliberans dixeris illum vitæ tempus habere vel non habere, per me vero illi contrarium evenerit, nonne evidenter impostor invenieris? Etenim si dixeris illum adhuc tempus vitæ habere, statim jubebo ipsum occidi; si vero ipsum jam non habere reliqua tempora dixeris præter præsentem horam, ipsum quidem pœna liberatum dimittam, te vero confestim ut mendacem morte multabo ut deinceps mors tua omnibus persuadeat actutum nullam fidem dare iis quæ de astrologia nugaris. » Quæ cum rex dixisset, tremens Ægyptius pronus cecidit, misericordiam rogans, ipse et socii ejus. Rex gratus esse cupiens Abram ut magistro, et quia errorem aperte demonstraverat prudentia, et pro vaniloquis simul rogaverat, condonavit illis vehementer reprehendens insanam eorum opinionem tanquam vanam et populo infestam. Porro jussit, tanquam Abram instigante adduci quemdam ad ignem damnatum, et præcepit ut in nativitatem ejus et interitum inquireretur, et postquam deliberaverunt, ut dicerent genus mortis. Cum vero isti cordate deliberavissent, et dixissent illum igne periturum esse, nativitate id aperte inducente et jubente, sed adhuc vivendi tempus habere, neque jam tempus mortis advenisse, dicit rex: « Ego hodie istum liberabo a crematione, jubens aqua ipsum occidi, ut vobis facto manifeste demonstrem aliquid præter horoscopum fieri posse »; et ita confutavit optime vaticinium ipsorum de vitæ tempore et genere mortis. Cum omnes conticuissent, Abram dicere incepit: « Rex maxime et veritatis summopere amans, quoniam te video propositæ quæstioni valde studentem, quod verius est ego tibi præbebo compendiose, in omnibus vera loquens; sum enim veritatis vere servus. » Cumque rex dixisset, « Valde mihi gratus eris, » sic locutus est Abram: « Non soli homines sed etiam animalia ratione carentia nativitati subjacent;

Variæ lectiones et notæ.

[25] A. 1. VII. 1 VIII. 2. [26] αὐτοῖς cod. [27] διασκεψάμενοι cod.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

attamen homines aliquid in seipsis habent liberum nativitati non subjacens eo quod nativitate istud antiquius sit; et illud est in hominibus libera potestas, quæ a Deo nobis data est, qua brutis præstantiores ipsa interficiendi natura licentiam habemus. Nobis qui nostri juris sumus tu præstantior es, qui in nos licentiam habes. Quemadmodum igitur nos brutis, cum meliores simus, imperamus, ita nobis, tu rex, cum præstantior sis, juxta imperii rationem licentiam habes, non quasi te præstantior sit homo, sed Deus invisibilis omnium factor et Dominus a quo quid expediat petere convenit.» Cum multa similia dixisset Abram spectantia astrologiam, rege approbante, multos ex Ægyptiis attraxit ad religionem et falsam eorum scientiam de astrologia et magia emendavit dicens: « Magnum discrimen est, o viri, inter veritatem et consuetudinem; veritas enim, cum sincere quæritur, omnino invenitur; consuetudo vero sive secundum veritatem, sive secundum falsitatem, citra judicium per seipsam confirmatur, et qui illam suscepit ne veritate quidem gaudet, nec falso indignatur; non enim judicio, sed anticipata opinione, is assensus est sententiæ eorum qui ante se fuerunt, incertæ fortunæ sua ipsius spe commissa. Neque jam facile patrium deponere vestimentum, licet prorsus ei monstretur stultitiam hoc esse risu dignam. Equidem sine mora hanc paganorum disciplinam et nugacitatem mali dæmonis perniciosissimam suggestionem esse dico; quidam enim ex illis multos deos introduxerunt et hos viles et omnibus cupiditatibus deditos, ut volens aliquis similia agere non erubescat, quod hominis proprium est exemplar habens pessimam et inhonestam vitam falsorum illorum deorum, sublatoque pudore ne pœnitentiæ quidem spem ille omnino præbet. Alii vero fati ficto errore, aliud nativitatis nomine sine qua nihil pati aut facere aliquis possit absurde effingunt et hoc ipso errore et impietate offendunt; si putaverit enim aliquis præter nativitatem, sive fatum, nihil hominem pati aut facere posse, facile pecudibus similis ad peccata deflectet. Et post peccata non illum pœnitet impietatis, excusationem absurdam habentem, nativitate se ad ista facienda coactum. Cæterum qui nativitatem corrigere nequit, hunc non pudet peccasse. Alii vero inconsultum impulsum inducunt, dicentes omnia temere consistere et ferri nullo juvante domino et rectore. Idcirco haud facile, ne dicam nunquam, qui talia sentiunt emendantur et ad sapientiam reducuntur.» Rex magnopere laudavit eum, ab omnibus siquidem in admiratione haberi videns, et maximis

A νος τοῦ θανάτου, φησὶν ὁ βασιλεύς· « Ἐγὼ σήμερον τοῦτον ἀπαλλάξω τοῦ διὰ πυρὸς θανάτου, κελεύσας ὕδατι αὐτὸν ἀναιρεθῆναι, ἵνα ὑμῖν ἔργῳ παραστήσω προδήλως, ὅτι δύναταί τι παρὰ γένεσιν γενέσθαι· » καὶ οὕτως ἤλεγξεν αὐτῶν εὖ μάλα τὴν περὶ τῶν χρόνων περὶ τῆς ζωῆς πρόῤῥησιν καὶ τῆς τελευτῆς ἀπόφασιν. Ἡσυχασάντων οὖν πάντων, ὁ Ἄβραμ τοῦ λέγειν ἤρξατο· « Μέγιστε καὶ φιλαληθέστατε βασιλεῦ, ἐπειδὴ ὁρῶ σε φροντίζοντα σφόδρα τῆς προκειμένης ζητήσεως, τὸ ἀληθέστερον ἐγώ σοι παρέξω δι' ἐπιτομῆς, ἀληθεύων ἐν πᾶσιν, ὡς τῆς ἀληθείας ὄντως δοῦλος. » Τοῦ δὲ βασιλέως εἰπόντος· « Μεγάλην μοι ταύτην ποιήσεις χάριν, » φησὶν ὁ Ἄβραμ· « Οὐ μόνον οἱ ἄνθρωποι, ἀλλὰ καὶ τὰ ἄλογα ζῶα γενέσει ὑπόκεινται· οἱ μέντοι ἄνθρωποι ἔχουσί τι ἐν ἑαυτοῖς ἐλεύθερον, γενέσει μὴ ὑποκείμενον, καθότι τῆς γενέσεως ἐκεῖνο πρεσβύτερον, ὅπερ ἐστὶν ἐν ἀνθρώποις αὐτεξουσιότης, ἥτις ἐκ Θεοῦ δοθεῖσα ἡμῖν, ὅθεν τῶν ἀλόγων κρείττους ὄντες καὶ κατ' ἐξουσίαν ἀναιρεῖν μὲν ἡμεῖς αὐτὰ πεφύκαμεν· ἡμῶν δὲ τὴν ἐξουσίαν αὐτῶν ἐχόντων, σὺ πάλιν κρειττων [28] ὑπάρχεις, ἡμῶν ἔχων τὴν ἐξουσίαν. Ὡς οὖν ἡμεῖς καταλογικώτερον τῶν ἀλόγων ζώων, ἄμεινον ὄντες, ἄρχομεν, οὕτως ἡμῶν σὺ, βασιλεῦ, κρειττων [29] ὑπάρχων, κατὰ τὸν τῆς ἀρχῆς λόγον τὴν ἐξουσίαν ἔχεις, ὥσπερ δὴ καὶ σοῦ κρειττων [30] οὐκ ἄνθρωπος, ἀλλ' ὁ Θεὸς ὁ ἀόρατος καὶ ποιητὴς πάντων καὶ δεσπότης, παρ' οὗ καὶ τὸ συμφέρον αἰτεῖσθαι προσήκει. » Πολλὰ δέ γε τοιαῦτα λέξας ὁ Ἄβραμ εἰς τὸν τῆς ἀστρολογίας σκοπὸν τῷ βασιλεῖ χαριζόμενος, πολλοὺς τῶν Αἰγυπτίων ἐπεσπάσατο εἰς θεοσέβειαν, καὶ τὴν ἐσφαλμένην (10ª) αὐτῶν γνῶσιν καὶ παιδείαν περὶ ἀστρολογίας καὶ μαγείας διωρθώσατο φάσκων· « Πολλή τις, ὦ ἄνδρες, ἡ διαφορά ἐστιν ἀληθείας καὶ συνηθείας· ἡ μὲν γὰρ ἀλήθεια γνησίως ζητουμένη πάντως εὑρίσκεται, τὸ δὲ ἔθος ὁποῖον ἂν παραληφθῇ εἴτε ἀληθῶς, εἴτε ψευδῶς, ἀκρίτως ὑφ' ἑαυτοῦ κρατύνεται, καὶ οὔτε ἀληθεῖ αὐτῷ [31] ἥδεται ὁ παραλαβών, οὔτε ὡς ψευδεῖ [32] ἄχθεται· οὐ γὰρ κρίσει, ἀλλὰ προλήψει ὁ τοιοῦτος πεπίστευκε γνώμῃ τῶν πρὸ αὐτοῦ, ἐπ' ἀδήλῳ τύχῃ τὴν ἰδίαν ἐπιδεδωκὼς ἐλπίδα. Καὶ οὐκέτι ῥᾳδίως ἀποδύσασθαι τὴν πάτριον περιβολήν, κἂν πάνυ αὐτῷ δείκνυται μωρία καὶ καταγέλαστος οὖσα. Αὐτίκα οὖν ἐγὼ τὴν παρ' Ἑλλήνων παιδείαν καὶ φληναφίαν κακοῦ δαίμονος χαλεπωτάτην ὑπόθεσιν εἶναι λέγω· οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν πολλοὺς θεοὺς εἰσηγήσαντο καὶ τούτους φαύλους καὶ παντοπαθεῖς, ἵνα ὁ τὰ ὅμοια πράττειν ἐθέλων μηδὲ αἰδῆται [33], ὅπερ ἴδιον ἀνθρώπου, παράδειγμα τῶν μυθολογουμένων θεῶν ἔχων τοὺς κακίστους καὶ ἀσέμνους βίους, τῷ [34] δὲ μὴ αἰδεῖσθαι οὐδὲ μετανοίας ἐλπίδα πάντως ὁ τοιοῦτος

B

C

D

Variæ lectiones et notæ.

[28] κρεῖττον cod. [29] κρειττον cod. [30] κρειττον cod. [31] ἀληθ. αὐτόν cod. [32] ψευδῆ cod. [33] αἰδεῖται cod. [34] τό cod.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἐμφαίνει· οἱ δὲ, Εἱμαρμένης πλάσαντες [38] πλάνην, ἐτέραν τὴν λεγομένην γένεσιν, ἧς χωρὶς μηδὲν πάσχειν ἢ ποιεῖν τι δύνασθαί τινα τερατολογοῦσιν· καὶ τῇ αὐτῇ πλάνῃ καὶ δυσσεβείᾳ περιπίπτουσι· νομίσας γάρ τις, ὅτι παρὰ γένεσιν ἦγουν [38] Εἱμαρμένην οὐδεὶς οὔτε ποιεῖν τι οὔτε πάσχειν ἐξουσίαν ἔχει, ῥᾳδίως λοιπὸν ὡς κτηνώδης ἐπὶ τὸ ἁμαρτάνειν ἔρχεται. Καὶ ἁμαρτὼν οὐ μεταμελεῖται παντελῶς ἐφ' οἷς ἠσέβησεν, ἀπολογίαν ἄλογον φέρων, ὡς ὑπὸ γενέσεως αὐτὰ ποιεῖν ἐξηνάγκαστο. Καὶ ὁ τὴν γένεσιν ἄλλως κατορθῶσαι μὴ δυνάμενος οὐδὲ τὸ αἰδεῖσθαι ἔχει ἐφ' οἷς ἐξαμαρτάνει. Ἄλλοι δὲ ἀπροσώπητον φορὰν εἰσηγοῦνται καὶ αὐτόματον τὸ πᾶν συνεστάναι τε καὶ φέρεσθαι, οὐδενὸς ἐφεστηκότος κυρίου καὶ δεσπότου. Διὸ δὴ τοίνυν οὐδὲ ῥᾳδίως ἢ τάχα οὐδ' ὅλως οἱ τὰ τοιαῦτα φοροῦντες παντελῶς βελτιοῦνται καὶ σωφρονίζονται. » Ἐφ' οἷς ὁ βασιλεὺς ἄγαν ἐπαινέσας αὐτὸν καὶ ὑπὸ πάντων ἰδὼν θαυμασθέντα πολλοῖς δώροις καὶ μεγάλοις αὐτὸν τιμήσας ἐπὶ πάντων καὶ τῆς διδασκαλίας τὴν ὠφέλειαν ὁμολογήσας, μετὰ παίδων καὶ παιδισκῶν ἐπανελθεῖν οἴκαδε σπεύδοντα προὔπεμψεν, ὑπερεκπληττόμενος τὴν ἄκραν σύνεσιν αὐτοῦ καὶ σοφίαν καὶ θεοσέβειαν εἰς πάντα τὰ ὑπ' αὐτοῦ ἑρμηνευθέντα.

A

donis ipsum decoravit, cumque disciplinæ utilitatem professus esset, cum pueris et puellis redire domum festinantem deduxit honoris causa, admodum stupefactus ob summam intelligentiam ejus et sapientiam, et pietatem in omnibus quæ interpretatus fuerat.

Γ. *Περὶ Σίδου καὶ Μελχισεδέκ.*

X. *De Sida et Melchisedech.*

B

Γίνονται οὖν ἀπὸ τοῦ διαμερισμοῦ τῆς συγχύσεως ἕως οὗ ἦλθεν Ἄβραμ ἐκ Μεσοποταμίας, ἐκ πόλεως Χαρὰν καὶ τοῦ **70** οἴκου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ κατὰ κέλευσιν Θεοῦ εἰς γῆν Χαναὰν ἢ ἐπὶ Παλαιστίνην, ἔτη αιζ' [37]· ὑπῆρχε δὲ (10[b]) ἐτῶν οε'. Διατρίψας [38] δὲ εἰς Χαναὰν ἔτη κε', ἐγέννησε τὸν Ἰσαάκ, καὶ μετὰ τοῦτο ἔζησεν ἔτη ος' καὶ ἀπέθανε, ζήσας τὰ πάντα ἔτη ρος' [39]. (2) Ὅς καὶ τῆς εὐλογίας τοῦ θεσπεσίου Μελχισεδὲκ βασιλέως Σαλὴμ ἠξιώθη μετὰ τὸ ὑποστρέψαι αὐτὸν ἀπὸ τῆς κοπῆς τοῦ Χοδολαγομὼρ καὶ λυτρωσάμενος τὸν ἀδελφιδοῦν ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας. « [40] Καὶ Μελχισεδὲκ, φησὶν, βασιλεὺς Σαλὴμ, ἐξήνεγκεν ἄρτους καὶ οἶνον· ἦν δὲ ἱερεὺς τοῦ Ὑψίστου, καὶ εὐλόγησε τὸν Ἀβραὰμ, καὶ εἶπεν· « Εὐλογημένος Ἀβραὰμ τῷ Θεῷ τῷ ὑψίστῳ, ὃς ἔκτισε τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ εὐλογημένος ὁ Θεὸς ὁ ὕψιστος, ὃς παρέδωκε τοὺς ἐχθρούς σου ὑποχειρίους σοι. Καὶ ἔδωκεν αὐτῷ δεκάτην Ἀβραὰμ ἀπὸ πάντων. » (3) Περὶ οὗ καὶ ὁ Ἀπόστολος ἔφη· « Οὗτος γὰρ ὁ Μελχισεδὲκ, βασιλεὺς Σαλὴμ, ἱερεὺς τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου, ὁ συναντήσας Ἀβραὰμ ὑποστρέφοντι ἀπὸ τῆς κοπῆς τῶν βασιλέων, καὶ εὐλογήσας αὐτὸν, ᾧ καὶ δεκάτην ἀπὸ πάντων ἐμέρισεν Ἀβραὰμ, πρῶτον μὲν ἑρμηνευόμενος βασιλεὺς δικαιοσύνης, ἔπειτα δὲ βασιλεὺς Σαλὴμ, ὅ ἐστι βασιλεὺς εἰρήνης, ἀπάτωρ, ἀμήτωρ, ἀγενεαλόγητος, μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν μήτε ζωῆς τέλος ἔχων, ἀφομοιωμένος τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ, μένει ἱερεὺς εἰς τὸ διηνεκές. Θεωρεῖτε δὲ πηλίκος οὗτος, ᾧ καὶ δεκάτην Ἀβραὰμ ἔδωκεν ἐκ τῶν ἀκροθινίων ὁ πατριάρχης. Καὶ οἱ μὲν τῶν υἱῶν Λευὶ τὴν ἱερατείαν λαμβάνοντες ἐντολὴν ἔχουσιν ἀποδεκατοῦν τὸν λαὸν κατὰ τὸν νόμον, τουτέστι τοὺς ἀδελφοὺς αὐτῶν, καίπερ ἐξεληλυθότας ἐκ τῆς ὀσφύος Ἀβραάμ. Ὁ δὲ μὴ γενεαλογούμενος ἐξ αὐτῶν δεδε-

C

Sunt igitur a dispersione gentium, usque ad tempus quo venit Abram ex Mesopotomia, ex urbe Charan et de domo patris sui, juxta Dei jussionem, in terram Chanaan, sive Palæstinam, anni mille et septemdecim; quintum autem et septuagesimum annum agebat. Et postquam commoratus esset in Chanaan annos quinque et viginti, genuit Isaac, et postea vixit septuaginta sex annos, et mortuus est, cum facti essent omnes anni ejus centum et septuaginta sex. Hic etiam benedictione magni Melchisedech, regis Salem, dignus est habitus postquam redisset a cæde Chodolagomor (Chodorlaomor) et liberasset filium fratris sui a captivitate. « Et Melchisedech, inquit, rex Salem, protulit panes et vinum; erat autem sacerdos Dei altissimi, et benedixit Abraham, et ait : Benedictus Abraham Deo altissimo, qui creavit cœlum et terram, et benedictus Deus altissimus qui dedit hostes tuos in manibus tuis. Et dedit ei Abraham decimas ex omnibus. » De quo Apostolus dixit : « Hic enim Melchisedech, rex Salem, sacerdos Dei summi, qui obviavit Abrahæ regresso a cæde regum, et benedixit ei : cui et decimas omnium divisit Abraham : primum quidem vocatur rex justitiæ : deinde rex Salem, quod est, rex pacis, sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum, neque vitæ finem habens, assimilatus autem Filio Dei, manet sacerdos in æternum. Intuemini, quæso, quantus sit hic, cui et decimas dedit de præcipuis patriarcha. Et quidem de filiis Levi sacerdotium accipientes, mandatum habent decimas sumere a populo secundum legem, id est, a fratribus suis; quanquam et ipsi exierint de lumbis Abrahæ. Cujus autem generatio non annumeratur in eis, decimas sumpsit ab Abraham, et hunc, qui habebat repromissiones benedixit.

D

Variæ lectiones et notæ.

[38] ἐπλ. cod. ἐκπλ.? [38] ἤτουν cod. [37] χιζ' cod. secunda manu, priori erasa, ασ' Leo. [38] 2273 (3284). [39] Glyc. 255,1 258,6. [40] Gen. xiv, 18 20; Hebr. vii, 1-7.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

Sine ulla autem contradictione, quod minus est, a meliore benedicitur ». Vir enim erat justus et pius, a gentilibus oriundus, sic enim dicitur, et ex alia tribu oriundus fuit ; ex genere Sidi filii regis Ægypti, a quo Ægyptus nomen accepit, ut dictum est, qui Sidus cum ex Ægypto egressus esset, et regionem Chananæorum, quæ nunc Palæstina dicitur, habitasset, urbemque ædificasset, vocavit eam Sidonem ex suo ipsius nomine, et deinceps ex genere Sidi descendit Elchi, pater Sedec, qui Sedec, sacerdos factus et rex, vocatus est a paterno nomine Melchisedech.

A κάτωκε τὸν Ἀβραάμ, καὶ τὸν ἔχοντα τὰς ἐπαγγελίας ηὐλόγησεν. Χωρὶς γὰρ πάσης ἀντιλογίας τὸ ἔλαττον ὑπὸ τοῦ κρείττονος εὐλογεῖται. » (4) Ἀνὴρ γὰρ ἦν δίκαιος καὶ θεοσεβής, ἐθνικῶς καταγόμενος · ἐφ' ὅσον γὰρ λέγεται, φυλῆς ἑτέρας μετέσχηκεν, ἐκ τοῦ γένους Σίδου, υἱοῦ [1] βασιλέως Αἰγύπτου, ἐξ οὗ Αἰγύπτιος ὠνόμασται, ὡς καὶ πρόσθεν εἴρηται, ὅστις Σίδος ἐξελθὼν ἐξ Αἰγύπτου καὶ τὴν χώραν τῶν **71** Χαναναίων [2] παραλαβών, τὴν νῦν Παλαιστίνην καλουμένην, εἰς ἣν οἰκήσας καὶ πόλιν κτίσας, ἐκάλεσεν αὐτὴν Σιδόνα εἰς τὸ ἴδιον ὄνομα, καὶ λοιπὸν ἐκ τοῦ γένους Σίδου κατῆλθεν Μελχὶ ὁ πατὴρ τοῦ Σεδὲκ, ὅστις, Σεδὲκ γενόμενος ἱερεὺς καὶ βασιλεύς, ἐπεκλήθη Μελχισεδὲκ πατρωνυμικῶς.

XI. *De urbe ædificata a Melchisedech.*

Hic cum esset sacerdos Dei et rex Chananæorum, et ædificasset urbem in monte dicto Sion, vocavit eam Salem, quod est, *civitas pacis*, in qua cum regnasset annos centum tredecim, mortuus est justus et virgo, ut ait Josephus, cui consonant Joannes et Cyrillus. Sine genealogia autem dictus est Melchisedech, eo quod prorsus non sit ex semine Abrahæ, et a Moyse minime annumeretur in prosapia aliqua, sit vero genere Chananæus et exsecrabili ex semine oriundus : ideo ne genealogia quidem dignum habuerunt, non enim decebat eum qui summæ justitiæ inventus erat, summæ injustitiæ generi una permiscere ; ideoque sine matre et sine patre dixit, non dignos judicans progenitores virtutis justi hujusce viri et sapientis ; hunc autem genere Chananæum fuisse, patet et quia tenebat et regebat regiones Chananæorum, et quia eum pessimis Sodomitis conversatus est.

B ΙΑ' *Περὶ τῆς κτίσεως τοῦ* [3] *Μελχισεδέκ.*

Οὗτος ὑπάρχων ἱερεὺς τοῦ Θεοῦ καὶ βασιλεὺς τῶν Χαναναίων καὶ κτίσας πόλιν ἐν τῷ ὄρει τῷ λεγομένῳ Σιὼν, ἐπωνόμασεν αὐτὴν Σαλήμ, ὅ ἐστι πόλις εἰρήνης, ἐν ᾗ καὶ βασιλεύσας ἔτη ριγ' ἐτελεύτησε δίκαιος καὶ παρθένος, ὡς φησιν Ἰώσηπος, ᾧ καὶ συνᾴδουσι Ἰωάννης καὶ Κύριλλος. (5) Ἀγενεαλόγητος δὲ εἴρηται Μελχισεδὲκ, παρὰ τὸ μὴ ὑπάρχειν μὲν ἐκ τοῦ σπέρματος Ἀβραὰμ ὅλως, μηδὲ ὑπὸ Μωσέως γενεαλογεῖσθαι τοπαράπαν, εἶναι δὲ Χαναναῖον τὸ γένος καὶ ἐκ τῆς ἐπ (11) αράτου σποράς ὁρμώμενον, ὅθεν οὐδὲ γενεαλογίας ἠξίωτο · οὐδὲ γὰρ πρεπωδέστερον ἦν, τὸν τῆς ἄκρας δικαιοσύνης ἐπειλημμένον συμπλέκειν τῷ τῆς ἄκρας ἀδικίας γένει· (3) διὸ καὶ ἀμήτορα καὶ ἀπάτορα τυγχάνειν, οὐκ ἀξίους ἡγούμενος τοὺς προγόνους τῆς ἀρετῆς τοῦ δικαίου ἀνδρὸς καὶ σώφρονος· (4) ὅτι γὰρ Χαναναῖος ἦν τὸ γένος, εὔδηλον καὶ ἀφ' ὧν ἐκράτει καὶ ἐβασίλευσε κλιμάτων τῶν Χαναναίων καὶ οἷς ἐπλησίαζε πονηροτάτοις Σοδόμοις·

XII. *De Salem.*

Præterea Salem cujus rex erat, multum celebrata Jerusalem, ex additamento post Salem syllabam ἱεροῦ percepit, et per conjunctionem, nomine congruo, nominata est Jerusalem : hanc autem accessionem syllabarum serius accepit, sive ob sacrificium (ἱερουργία) Melchisedech, sive ob sacri templi (ἱερὸν) exstructionem.

ΙΒ' *Περὶ τῆς* [4] *Σαλήμ.*

Καὶ μέντοι καὶ ἡ Σαλὴμ ἧς ὑπῆρχε βασιλεὺς, ἡ πολυθρύλλητος Ἱερουσαλὴμ, ἐκ προσθήκης δὲ τὴν τοῦ ἱεροῦ μετὰ τῆς [5] Σαλὴμ συλλαμβάνουσα συλλαβὴν καὶ κατὰ συνάφειαν ὀνομασθεῖσα φερωνύμως· Ἱερουσαλὴμ, πῇ μὲν διὰ τὴν ἱερουργίαν τοῦ Μελχισεδὲκ, πῇ δὲ διὰ τὴν τοῦ ἱεροῦ ναοῦ κατασκευὴν, εἴληφε τὴν προσθήκην **72** τῶν συλλαβῶν ὕστερον. (2)

De quo postea divus ipse Marcus, Chrysostomi discipulus : « Quoniam enim, ait, in genealogia non exhibetur quisnam fuerit pater aut quænam mater ejus, aut quomodo mortuus sit, idcirco nec initium dierum nec vitæ finem habere dictus est ; non enim poterat in quadam prosapia annumerari, cum ex prætermissis gentilibus oriundus esset, sicut per

D Περὶου μέντοι καὶ Μάρκος ὁ θεῖος ὕστερον, ὁ καὶ τοῦ Χρυσοστόμου φοιτητὴς, ἔφη. « Ἐπειδὴ γὰρ ἐν τῇ γενεαλογίᾳ οὐκ ἐκφέρεται τίνος πατρὸς ἢ ποίας μητρός ἐστιν ἢ πότε ἀπέθανε, διὰ τοῦτο μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν μήτε ζωῆς τέλος ἔχειν εἴρηται· οὐ γὰρ ἠδύνατο γενεαλογηθῆναι ἐκ τῶν παραλειφθέντων ἐθνῶν καταγόμενος, καθὼς ἐκ τῆς κατοικίας αὐτὸν ἡ Γραφὴ παρεδήλωσε,

Variæ lectiones et notæ.

[1] υἱὸς Σ. β. υἱοῦ Leo. [2] Χαλδαίων cod. [3] ΚΑΙΣΕΩΣ Mon. Aug.? [4] ΤΟΥ Mon. Aug.? [5] μετὰ τὴν cod.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

περὶ οὗ καὶ ὁ Ἀπόστολος εἶπεν· « Οὗτος γὰρ Μελχισεδὲκ πρῶτον μὲν ἑρμηνευόμενος βασιλεὺς δικαιοσύνης, ἔπειτα δὲ βασιλεὺς Σαλήμ, ὅ ἐστι βασιλεὺς εἰρήνης. »

habitationem ejus Scriptura indicavit, de quo Apostolus dixit : « Hic enim Melchisedech primum quidem ex interpretatione dicitur rex justitiæ, deinde rex Salem, quod est, rex pacis. »

ΙΓ΄ *Περὶ τῆς κλήσεως* [46] *Ἱερουσαλήμ.*

XIII. *De nomine Jerusalem.*

Ἡ μὲν γὰρ νῦν Ἱερουσαλὴμ Ἰεβοὺς ἐκαλεῖτο πρώην, ὅθεν μανθάνομεν, ὅτι ἐκ τῶν καθαιρεθέντων ἑπτὰ ἐθνῶν ὁ Μελχισεδὲκ Ἰεβουσαῖος πρῶτον ἐτύγχανεν· (2) ὕστερον δὲ μετὰ τὴν ἐκβολὴν τῶν ἐθνῶν καὶ κατοίκησιν τοῦ λαοῦ, ἀπεκλήρωσεν αὐτὴν ὁ Θεὸς τοῖς ἱερεῦσι τοῦ ἐκεῖ ἀναφέρεσθαι τὰς θυσίας ἐκ παντὸς τόπου τῶν Ἰουδαίων. (3) Διὸ καὶ μετὰ τὸ καταπαῦσαι ἀπὸ τῶν πολέμων, μετωνόμασε τὴν πόλιν Σαλήμ, ὅ ἐστιν εἰρήνη· Ἱερουσαλὴμ γὰρ ἑρμηνεύεται, ὄρος εἰρήνης, οὗ δὴ χάριν ὁ Μελχισεδὲκ βασιλεὺς εἰρήνης ἑρμηνεύεται βασιλεύσας ἐν αὐτῇ πρότερον.

Quæ nunc Jerusalem, olim Jebus vocabatur ; unde discimus quod ex septem populis qui destructi sunt Melchisedech Jebusæus primus erat. Deinceps postquam ejectæ sunt gentes et sedem fixit populus, attribuit illam Deus sacerdotibus quo offerrentur etiam victimæ ex omni loco Judæorum. Idcirco postquam bella composita essent B vocavit urbem, mutato nomine, Salem, quod est, *pax* : Jerusalem enim interpretatur *mons pacis;* qua de causa Melchisedech, qui in ipsa primum regnavit, interpretatur « rex pacis. »

(4) Τὸ δὲ « βασιλεὺς δικαιοσύνης » πάλιν τοῦ ἰδίου ἐστὶ νόνόματος ἑρμηνεία, τουτέστι Μελχισεδὲκ γλώσσῃ τῇ Χαναϊτιδι. (5) Ὅταν οὖν ἀναγινώσκῃς, ὦ οὗτος, καὶ εὕρῃς τι περὶ τοῦ Μελχισεδὲκ γεγραμμένον ὑπὲρ ἄνθρωπον, ἀναμνήσθητι παρ' αὐτίκα τοῦ Ἀποστόλου φάσκοντος [47]· « Ἐφ' ὅσον λέγεται ταῦτα, φυλῆς ἑτέρας μετεσχηκέναι », καὶ οὐδέποτε πλανηθήσῃ. (6) Ἐματαιώθησαν τοίνυν ἐκ διαμέτρου οἱ ἀπόπληκτοι καὶ δυσώδεις Μελχισεδεκιανοί, θεὸν φύσει τοῦτον πιστεύοντες εἶναι καὶ οὐ θνητὸν ἄνθρωπον· ὅθεν C δικαίως καταδικασθήσονται παρὰ τῆς ἀδεκάστου δίκης ὡς ἀνθρωπολάτραι « τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα λατρεύσαντες [48] » διὰ πολλὴν καὶ ἐσχάτην ἄνοιαν, μᾶλλον δὲ τάληθέστερον εἰπεῖν, διὰ κτηνωδίαν τε καὶ δυσσέβειαν. (11) (7) Εἰκότως **73** οὖν περὶ τῶν τοιούτων ὁ μὲν Ἀπόστολος ἔλεγεν [49]· « Ἐματαιώθησαν ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν· καὶ ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία. Φάσκοντες εἶναι σοφοὶ ἐμωράνθησαν. Καὶ ἠλλάξαντο τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου Θεοῦ ἐν ὁμοιώματι [εἰκόνος] φθαρτοῦ ἀνθρώπου. Διὸ καὶ παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ Θεὸς ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῶν καρδιῶν αὐτῶν εἰς ἀδόκιμον [50] νοῦν — καὶ εἰς πάθη ἀτιμίας, οἵτινες μετήλλαξαν τὴν ἀλήθειαν τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ ψεύδει, καὶ ἐσεβάσθησαν καὶ ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν Κτίσαντα, ὃς ἐστιν εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. »

« Rex justitiæ » rursum est ejusdem nominis interpretatio, id est, Melchisedech, in lingua Chananæorum. Quando igitur legeris, quisquis es, et inveneris aliquid circa Melchisedech super hominem scriptum, memineris subito Apostoli dicentis : « in quo hæc dicuntur, de alia tribu fuisse, » et nunquam falleris. Erraverunt igitur plane stolidi et impuri Melchisedeciani qui illum Deum esse natura crediderunt, non vero mortalem hominem ; ideo jure condemnabuntur a suprema justitia ut anthropolatræ, « creaturæ potius quam Creatori servientes, » præ magna et ultima amentia, aut potius, ut verius loquar, præ stupiditate et impietate. Jure ergo de talibus Apostolus dicebat : » Evanuerunt in cogitationibus suis, et obscuratum est insipiens cor eorum. Dicentes esse sapientes, stulti facti sunt. Et mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudine imaginis corruptibilis hominis. Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in reprobum sensum et in passiones ignominiæ ; qui commutaverunt veritatem Dei in mendacium, et coluerunt, et servierunt creaturæ potius quam Creatori, qui est benedictus in sæcula. Amen. D

(8) Ὁ δὲ Σολομὼν ὡσαύτως ἔφη· « Μάταιοι μὲν γὰρ πάντες ἄνθρωποι φύσει, οἷς πάρεστιν ἀγνωσία τοῦ Θεοῦ [51], » καὶ, « Σποδὸς ἡ καρδία αὐτῶν [52] καὶ γῆς εὐτελεστέρα ἡ ἐλπὶς αὐτῶν », « ὅτι ἠγνόησαν

Salomon similiter ait : « Vani sunt omnes homines natura, in quibus non est scientia Dei » et « Cinis cor ipsorum et terra vilior spes illorum, » « quoniam ignoraverunt suum Creatorem, et qui

Variæ lectiones et notæ.

[46] ΚΑΙΣ. Mon. Aug.? [47] ἐφ ὃν Heb. VII, 13. [48] Rom. I, 25. [49] Rom. I, 21-26. [50] ἀ. εἰς ἀκαθαρσίαν 24 — εἰς π. ἀτ. 26. [51] παρῆν Θεοῦ ἁγ. Sap. XIII, 1. [52] αὐτοῦ bis. XV, 10. — ἠγνόησε τὸνπλάσαντα αὐτὸν καὶ τὸν ἐ. αὐτῷ ψυχὴν ἐνεργοῦσαν καὶ ἐμφυσήσαντα π. ζ. 11.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

insufflavit eis spiritum vitalem. » Illis temporibus pluit Dominus ignem super Pentapolis urbes, Sodomam et Gomorrham, et consumit omne genus hominum, præter Lot filium fratris Abrahæ et duas filias ejus; subvertitque omnem substantiam terræ, et adjacentis maris aquas mortificat. Lot genuit filios duo ex duabus filiabus suis, Moab et Ammon, ex quibus Moabitæ et Ammonitæ. Abram autem genuit Ismaelem de Ægyptia ancilla Agar, et Isaac de Sara, ex quibus Ismaelitæ et Israelitæ. Porro cum Agar ex Abram concepisset et vexata a Sara, fugisset, « invenit, inquit, eam angelus Domini in solitudine, et dixit ad illam : Unde venis, et quo vadis? Et dixit : A facie dominæ meæ Saræ ego fugio; et dicit angelus Domini : Revertere ad dominam tuam, et humiliare sub manu illius, et multiplicans multiplicabo semen tuum, et non numerabitur præ multitudine. Ecce enim concepisti, et paries filium, vocabisque nomen ejus Ismael, eo quod audierit Dominus afflictionem tuam. Hic erit ferus homo; manus ejus contra omnes, et manus omnium contra eum, et contra faciem fratrum omnium habitabit. Et vocavit Agar nomen Domini qui loquebatur cum ea : Tu Deus qui vidisti me. » Cum natus esset Ismael, dixit Abram ad Deum : » Ismael iste vivat coram te. « Et ait Deus ad Abram : Imo, ecce Sara, uxor tua, pariet tibi filium, vocabisque nomen ejus Isaac, et constituam pactum meum illi in fœdus sempiternum et semini ejus post eum. Super Ismael quoque ecce exaudivi te, et benedixi ei, et multiplicabo eum valde, et duodecim gentes generabit, et dabo eum in gentem magnam. Pactum vero meum statuam cum Isaac, quem pariet tibi Sara. » Tum rursus Scriptura de iis qui ab Ismaele geniti sunt : » Primogenitus Ismaelis Nabeoth, et Cedar, et Nabeel et Masisan et Masma et Massa et Chodad et Thema, et Jethur et Naphis et Cedma. Isti sunt filii Ismaelis, principes duodecim juxta gentem suam. » « Habitavit autem Ismael ab Helvila usque Sur, quæ respicit Ægyptum introeuntibus Assyrios : contra faciem fratrum suorum omnium habitavit. »

A τὸν ποιήσαντα αὐτοὺς καὶ τὸν ἐμπνεύσαντα αὐτοῖς πνεῦμα ζωτικόν. » (9) Ἐφ' ὧν χρόνων πῦρ κατὰ τῆς Πενταπόλεως Σοδόμων καὶ Γομόρρων ὁ Θεὸς ὑετίζει καὶ ἀναλίσκει μὲν ἅπαν τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων παρεκτὸς Λὼτ ἀνεψιοῦ Ἄβραμ καὶ τῶν δύο θυγατέρων αὐτοῦ, διαφθείρει δὲ καὶ ἅπαν [53] τῆς γῆς τὸ ἀνάστημα, καὶ τῆς παρακειμένης [54] θαλάσσης νεκροῦται τὰ ὕδατα. Ὁ μὲν οὖν Λὼτ ἐγέννησεν υἱοὺς δύο ἐκ τῶν δύο θυγατέρων αὐτοῦ, τὸν Μωὰβ καὶ τὸν Ἀμμανών, ἐξ ὧν Μωαβῖται καὶ Ἀμμανῖται. (10) Ὁ δὲ Ἄβραμ ἔτεκε τὸν Ἰσμαὴλ ἐκ τῆς Αἰγυπτίας αὐτοῦ παιδίσκης Ἄγαρ, καὶ τὸν Ἰσαὰκ ἐκ τῆς Σάρρας, ἀφ' ὧν Ἰσμαηλῖται καὶ Ἰσραηλῖται. Τῆς τοίνυν Ἄγαρ ἐκ τοῦ Ἄβραμ συλλαβούσης καὶ κακουμένης ὑπὸ τῆς Σάρρας καὶ ἀποδρασάσης, « Εὗρε, φησίν [55], B αὐτὴν ἄγγελος Κυρίου ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ εἶπεν αὐτῇ· Πόθεν ἔρχῃ καὶ ποῦ πορεύῃ; » καὶ εἶπεν· « Ἀπὸ προσώπου τῆς κυρίας μου Σάρρας ἀποδιδράσκω· » καί φησιν ὁ ἄγγελος Κυρίου· « Ἀποστράφηθι πρὸς τὴν κυρίαν σου, καὶ ταπεινώθητι ὑπὸ τὰς χεῖρας αὐτῆς, καὶ πληθύνων πληθυνῶ τὸ σπέρμα σου, καὶ οὐκ ἀριθμηθήσεται ὑπὸ τοῦ πλήθους· ἰδοὺ γὰρ ἐν γαστρὶ ἔχεις, καὶ τέξῃ υἱόν, καὶ καλέσεις τὸ 74 ὄνομα αὐτοῦ Ἰσμαὴλ, ὅτι ἐπήκουσε Κύριος τῇ ταπεινώσει σου. Οὗτος ἔσται ἄγριος ἄνθρωπος· αἱ χεῖρες αὐτοῦ ἐπὶ πάντας, καὶ αἱ χεῖρες πάντων ἐπ' αὐτόν, καὶ κατὰ προσώπου τῶν ἀδελφῶν πάντων κατοικήσει. » Καὶ ἐκάλεσεν Ἄγαρ τὸ ὄνομα Κυρίου τοῦ λαλοῦντος αὐτῇ [56]· « Σὺ ὁ Θεὸς ἐπιδών με. » Τεχθέντος τοῦ Ἰσμαὴλ, φησὶν Ἄβραμ πρὸς τὸν Θεόν· « Ἰσμαὴλ C οὗτος ζήτω ἐναντίον σου [57]. » Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς τῷ Ἄβραμ· « Ναὶ, ἰδοὺ Σάρρα, ἡ γυνή σου, τέξεταί σοι υἱόν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰσαάκ· καὶ στήσω τὴν διαθήκην μου πρὸς αὐτὸν εἰς διαθήκην αἰώνιον καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ μετ' αὐτόν. Περὶ δὲ Ἰσμαὴλ ἰδοὺ ὑπήκουσά σου καὶ εὐλόγησα αὐτὸν, καὶ πληθυνῶ αὐτὸν σφόδρα, καὶ ιβ' ἔθνη γεννήσει, καὶ δώσω αὐτὸν εἰς ἔθνος μέγα. Τὴν δὲ διαθήκην μου στήσω πρὸς Ἰσαάκ, ὃν τέξεταί σοι Σάρρα. » Εἶτα πάλιν ἡ (12ª) Γραφὴ περὶ τῶν ἐξ Ἰσμαὴλ τεχθέντων· « Πρωτότοκος υἱὸς Ἰσμαὴλ Ναβαὼθ καὶ Κιδὰρ καὶ Ναβαὴλ καὶ Μασισὰν καὶ Μασμὰ καὶ [58] Μασὴ καὶ Χοδὰδ καὶ Θεμὰν καὶ Ἰετοὺρ [59] καὶ Ναφὲς καὶ Κεδμά. Οὗτοί εἰσιν υἱοὶ Ἰσμαὴλ, ἄρχοντες ιβ' κατὰ ἔθνος αὐτῶν. » — « [60] Κατῴκησε δὲ Ἰσμαὴλ ἀπὸ Ἑιλὰτ ἕως Σοὺρ, ἥ ἐστι κατὰ πρόσωπον Αἰγύπτου ἕως ἐλθεῖν πρὸς τοὺς Ἀσσυρίους. Κατὰ πρόσωπον τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ πάντων κατῴκησεν. »

XIV. *Initium Abrahæ. De Isaac.*

ΙΔ' Ἀρχὴ Ἀβραάμ. Περὶ τοῦ Ἰσαάκ.

Abraham autem cum septuaginta quinque annos haberet, genuit de Sara Isaac. Paulo post relinquit Abraham quercum Mambre et ad puteum juramenti habitat, sibi ipsi privatim et domesticis secundum

Ἀβραὰμ δὲ ὢν ἐτῶν οε' ἐγέννησεν ἐκ τῆς Σάρρας τὸν Ἰσαάκ. Ὀλίγῳ δὲ ὕστερον ἀπὸ τῆς κατὰ Μαμβρὴ δρυὸς μεταναστὰς ὁ Ἀβραὰμ, ἐπὶ τὸ φρέαρ κατασκηνοῖ τοῦ ὅρκου, ἑαυτῷ τε ἰδίᾳ καὶ τοῖς οἰκέ-

Variæ lectiones et notæ.

[53] καὶ ἀπὸ τῆς Leo. [54] προκ. Leo cf. Ced. 21,524? [55] Gen. xvi, 7-13. [56] πρὸς αὐτὴν Gen. xvi, 13. [57] Gen. xvii 18-21. [58] Δουμὰ καὶ Gen. xxv, 14. [59] Ἱερούρ. cod. [60] Gen. xxv, 18.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ται; κατὰ συγγένειαν πηξάμενος σκηνήν. Τότε πρῶτον Ἀβραὰμ τῆς σκηνοπηγίας ἐπὶ ζ' ἡμέρας ἐπιτελεῖ τὴν ἑορτὴν, ἣν εἰσέτι καὶ νῦν ὁ Ἰσραὴλ ἑορτάζει σκηνοπηγῶν. (2) Κε' δὲ, φασὶν, ἐτῶν ἦν ὁ Ἰσαὰκ, ὅτε πρὸς θυσίαν ἀνήχθη· εἰς ἐκεῖνον δὲ τὸν τόπον τὸ θυσιαστήριον **75** ᾠκοδόμησεν Ἀβραὰμ, ἔνθα ὕστερον Δαυὶδ τὸ ἱερὸν ἱδρύσατο.

A cognationem figens tabernacula. Tunc primum Abraham tabernaculorum per septem dies peragit festivitatem, quam etiam nunc Israel celebrat figens tentoria. Vicesimum quintum, ut traditur, annum agebat Isaac cum ad sacrificium ductus est : in isto vero loco altare exstruxit Abraham, ubi postea David templum construxit.

ΙΕ'. *Περὶ τοῦ Ἡσαῦ καὶ Ἰακώβ.*

XV. *De Esau et Jacob.*

[61] Ὁ δὲ Ἰσαὰκ, γεννήσας τὸν Ἡσαῦ καὶ τὸν Ἰακὼβ ἐκ τῆς Ῥεβέκκας, τὸν μὲν Ἰακὼβ εὐλόγησεν κλέψαντα τὴν εὐλογίαν τοῦ ἀδελφοῦ, λέγων [62] · « Δώσει σοι ὁ Θεὸς ἀπὸ τῆς δρόσου τοῦ οὐρανοῦ καὶ ἀπὸ τῆς πιότητος τῆς γῆς καὶ πλῆθος σίτου καὶ οἴνου, καὶ δουλευσάτωσάν σοι ἔθνη, καὶ προσκυνησάτωσάν σοι ἄρχοντες · καὶ γίνου κύριος τοῦ ἀδελφοῦ σου, καὶ προσκυνήσουσί σοι οἱ υἱοὶ τοῦ πατρός σου. Ὁ καταρώμενός σε ἐπικατάρατος, ὁ δὲ εὐλογῶν σε εὐλογημένος. » (2) Πρὸς δὲ τὸν Ἡσαῦ φησιν [63] · « Ἰδοὺ ἀπὸ τῆς πιότητος τῆς γῆς ἔσται ἡ κατοικία σου καὶ ἀπὸ τῆς δρόσου τοῦ οὐρανοῦ ἄνωθεν · ἐπὶ τῇ μαχαίρᾳ σου ζήσῃ, καὶ τῷ ἀδελφῷ σου δουλεύσεις · ἔσται δὲ ἡνίκα ἂν καθέλῃς ἐλκύσαι τὸν ζυγὸν αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ τραχήλου σου, » πλημμελήσας πλημμέλειαν θανάτου. (3) Ἀλλ' αἱ μὲν εὐλογίαι πρὸς τὸν Ἰακὼβ ἐῤῥήθησαν, ἐφ' ἑτέρους δὲ ἐκεκλήρωντο, καθάπερ καὶ τὸ ἐπὶ τοῦ Συμεὼν καὶ Λευὶ παρὰ τοῦ Ἰακὼβ εἰρημένον ἔστιν ἰδεῖν · [64] « Διαμεριῶ γὰρ, φησὶν, αὐτοὺς ἐν Ἰακὼβ, καὶ διασπερῶ αὐτοὺς ἐν Ἰσραὴλ, » καίτοι γε οὐκ ἐπ' αὐτοῦ τοῦτο γέγονε, ἀλλ' ἐπὶ τῶν ἐγγόνων. Καὶ μέντοι οὐκ ἐπὶ τοῦ Χαναὰν τὰ ὑπὸ τοῦ Νῶε λεχθέντα εἰς τοὺς ἐγγόνους ἐξέβη Γαβαωνίτας. Οὕτω δὴ κἀνταῦθα οὐκ ἐπὶ τοῦ Ἰακὼβ τέλος ἔσχεν— πῶς γὰρ τοῦ δεδοικότος καὶ τρέμοντος καὶ μυριάκις τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ προσκυνοῦντος ; — ἀλλ' ἐπὶ τῶν ἐγγόνων αὐτοῦ. Τοιγαροῦν ἐκ μὲν τοῦ Ἰσμαὴλ ἀνεφύησαν οἱ Ἰσμαηλῖται, οἱ νῦν Ἀγαρηνοί τε καὶ Σαρακηνοὶ λεγόμενοι, διὰ μὲν τῆς Αἰγυπτίας Ἄγαρ, ὡς εἴρηται, Ἀγαρηνοὶ, διὰ δὲ τῆς Σάῤῥας Σαρακηνοί. Ἐκ δὲ Ἰσαὰκ Ἡσαῦ ὁ καὶ Ἐδὼμ καὶ Ἰακὼβ ἀνεβλάστησαν διὰ τῆς Ῥεβέκκας · (2[b]) καὶ ἐκ μὲν τοῦ Ἡσαῦ Ἐδὼμ ἐτέχθη υἱὸς ὁμώνυμος τῷ πατρὶ καὶ Ἀμαλὴκ, ἐξ ὧν Ἰδουμαῖοι καὶ Ἀμαληκῖται · ἐκ δὲ τοῦ Ἰακὼβ τοῦ **76** καὶ Ἰσραὴλ Ἰούδας, ἀφ' οὗ Ἰουδαῖοι πάντες καὶ οἱ ἐκ τῶν λοιπῶν γενόμενοι προσηγορεύθησαν· καὶ Ἰσραηλῖται μὲν ἐκ τοῦ πατρὸς Ἰακὼβ τε καὶ Ἰσραὴλ, Ἰουδαῖοι δὲ ἐκ τοῦ ἐπισημοτέρου αὐτῶν ἀδελφοῦ Ἰούδα φερωνύμως κέκληνται. [65] (4) Ὁ δέ γε θεῖος Ἀβραὰμ ἐγέννησε πάλιν υἱοὺς ἐκ τῆς ἐσχάτης αὐτοῦ γυναικὸς Χεττούρας ε', ἀφ' ὧν ἐστι Μαδιὰμ, ἐξ οὗ Μαδιανῖται, καὶ Ἄφαρ,

Similiter et theologus Nilus loquitur: « Philosophiæ quidem operam dederunt Græcorum et Judæorum non pauci, veram autem sapientiam æmulati sunt soli Christi discipuli, quoniam soli veram sapientiam habuerunt magistram. Priores enim quasi in scena fabulem agentes, aliena seipsos exornaverunt larva, nomine inani induti, vera philosophia carentes; trito quidem pallio et barba et baculo philosophum ostentantes, et corpus colentes et cupiditatibus ut dominabus famulantes, ventris exstitere D servi, et comites ventris voluptates velut opus naturæ admiserunt, splendidas mensas gulosorum canum instar invadentes, nescientes imprimis liberum esse debere philosophum, multoque magis illi fugiendum ne serviat passionibus, quam ne sit argento venale mancipium et vernarum verna; hominum enim servum esse nihil forte nocuit ei qui recte vixit, cupiditatibus autem ut dominis uti et servire voluptatibus pudorem attulit et risum multum. Sunt ergo apud eos prorsus in agendo negligentes, at rationalem philosophiam, ut videntur, suscipientes, de

Variæ lectiones et notæ.

[88] δογμ. B. [89] II Tim. II, 5? [90] Act. XIV, 22. [91] ἡμᾶς cod. [92] Νείλου, liber asceticus (Bibl. Maxima VII, 1186. [93] ἀποδεχόμενοι, ὀργῆς ὑπήκοοι καὶ πρὸς δόξαν ἐπτοημένοι ταῖς cod. [94] οἰκότριβον cod. [95] τῶν βεβιωκότ. cod.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

sublimibus sermonem habentes et eorum quæ demonstrari non possunt interpretes, magnitudinis cœli et solis mensuras et astrorum vim scire se jactantes, aliquandoque etiam de sacris disserere aggredientes ubi et veritas inaccessa et conjectura periculosa, vita autem in cœno volutantibus se porcis ignominiosiores. Si quando quidam ad agendum se convertebant, istis pejores fiebant, pro fama et laudibus molestias tolerantes; nullius enim rei gratia nisi ostentationis et cupiditatis gloriæ plerique operam dabant miseri; mercedem parvam et vilem pro tali sibi conciliantes miseria; etenim prorsus siluisse, juxta Pythagoricum institutum, et gramine vesci, cilicinis vilibusque et detritis panniculis tegi et in dolio inclusum habitasse, et pro tolerata vita nullam post mortem exspectare mercedem, et vita ista definire virtutis præmia, ultra omnem amentiam est. Judæorum autem quicunque istam amplexi sunt vitam, sunt quidam Jonadab posteri; omnesque similiter vivere volentes excipiendo ad suum traducunt institutum; qui in tabernaculis semper habitant, vinoque et omnibus rebus quæ ad mollitiem spectant abstinentes et victus parcam rationem habentes et moderatas corporis necessitates; et valde sane curantes moralem habitum, in contemplatione plerumque perseverant; hinc enimvero Essæi vocantur, istud ostendente nomine; et prorsus est illis undequaque rectus philosophiæ finis, factis nequaquam professioni repugnantibus. At quæ his molestiarum utilitas et laboriosi certaminis, qui certaminis designatorem et instructorem Christum occiderunt? Etenim istis similiter laborum merces periit, qui præmiorum certaminis abnegaverunt dispensatorem; et a vera vita ideoque a philosophia exerrant. Philosophia enim est morum correctio cum opinione veræ de illo qui est cognitionis; hac vero destituti sunt simul et Judæi et Græci, qui sapientiam quæ e cœlo descenderat aversati sunt, et sine Christo sapientes esse tentaverunt, qui solus opere et verbo demonstravit philosophiam. Ille enim primus et solus vitæ viam aperuit; hujus regimen demonstrans purum, et sublimiorem semper corporis cupiditatibus attollens animam, ultimo autem et ipsam despiciens, quando a se dispensanda salus hominum mortem postulabat, hinc docens oportere philosophum recte eligentem repudiare quidem quæcunque in vita jucunda sunt, laboribus autem et affectibus prævalere fortiter, corpus despicientem, et ne animam quidem habere in pretio, sed et ipsam alacri animo profundere, cum ad ostendendam virtutem illam deponere oportet. Et hanc acceptam apostoli ejus et discipuli vere vitæ normam imitati sunt. Simul ac enim vocati sunt, renuntiantes quidem vitæ, et negligentes patriam, et genus, et facultates, ad duram et laboriosam vitam transierunt, per omnes incedentes molestias

A δὲ φιλοσοφίαν, ὡς δοκοῦσιν, ἐπανῃρημένοι, μετεωρολέσχαι τινὲς ὄντες καὶ τῶν ἀναποδείκτων ἐξηγηταί, μέγεθος οὐρανοῦ καὶ ἡλίου μέτρα καὶ ἀστέρων ἐνέργειαν εἰδέναι κατεπαγγελλόμενοι, ἔστι δ' ὅτε καὶ θεολογεῖν μὲν ἐπιχειροῦντες, ὅπου καὶ ἡ ἀλήθεια ἀνέφικτος καὶ ὁ στοχασμὸς ἐπικίνδυνος, ζῶντες δὲ τῶν ἐν βορβόρῳ κυλινδουμένων χοίρων ἀτιμότεροι. Εἰ δὲ καί τινες ἐγένοντο πρακτικοί, τούτων ἐγένοντο χείρους, δόξαις τε καὶ ἐπαίνοις τοὺς (68ᵃ) πόνους πεπραχότες· οὐδενὸς γὰρ ἑτέρου χάριν ἢ ἐπιδείξεως καὶ φιλοδοξίας ἐπετήδευον οἱ δείλαιοι τὰ πολλά· μισθὸν εὐτελῆ καὶ **255** εὔωνον τῆς τοιαύτης καταλλαττόμενοι ταλαιπωρίας· τὸ γὰρ σιωπῆσαι διὰ παντὸς κατὰ τὴν Πυθαγορικὴν νομοθεσίαν καὶ χόρτῳ τρέφεσθαι, τριχίνοις ῥακίοις σκεπάζεσθαι καὶ ἐν πίθῳ κατακεκλεῖσθαι καὶ διαβιῶναι μηδεμίαν ἀμοιβὴν μετὰ θάνατον προσδοκᾷν, πάσης ἀνοίας ἐστὶν ἐπέκεινα, τῷ βίῳ τούτῳ συγκαταλύειν τῆς ἀρετῆς τὰ ἔπαθλα. — (10) Ἰουδαῖοι δὲ ὅσοι τοῦτον ἐτίμησαν τὸν βίον, εἰσὶ μὲν τοῦ Ἰωναδὰβ ἀπόγονοι· πάντας δὲ τοὺς ὡσαύτως βιοῦν ἐθέλοντας προλέμεν εἰς τὴν αὐτὴν ἀνάγουσαν πολιτείαν, οἵτινες ἐν σκηναῖς κατοικοῦσι διαπαντὸς, οἶνου τε καὶ τῶν πρὸς [61] τὸ ἀβροδίαιτον πάντων ἀπεχόμενοι καὶ δίαιταν ἔχοντες εὐτελῆ καὶ τὴν χρείαν συμμετρημένην τοῦ σώματος· καὶ σφόδρα μὲν οὖν ἐπιμελοῦντες τῆς ἠθικῆς ἕξεως, θεωρίᾳ δὲ τὰ πολλὰ προσμένουσιν· ἔνθεν γὰρ καὶ Ἐσσαῖοι καλοῦνται, τοῦτο δηλοῦντος τοῦ ὀνόματος, καὶ ἁπλῶς ἐστιν αὐτοῖς πάντοθεν κατορθούμενος ὁ τῆς φιλοσοφίας σκοπὸς, οὐδαμοῦ τῶν πραγμάτων διαμαχομένων τῷ ἐπαγγέλματι. Ἀλλὰ τί τῶν ἀγώνων ὄφελος αὐτοῖς καὶ τῆς ἐπιπόνου ἀθλήσεως τὸν ἀγωνοθέτην Χριστὸν ἀνῃρηκόσι [62]; καὶ τούτων γὰρ ὁμοίως ὁ τῶν πόνων οἴχεται μισθὸς, ἀρνησαμένων τὸν τῶν ἐπάθλων διανομέα· καὶ τῆς ἀληθοῦς ζωῆς καὶ φιλοσοφίας ἀπεσφάλησαν [63]. (11) Φιλοσοφία γάρ ἐστιν ἠθῶν κατόρθωσις μετὰ δόξης τῆς περὶ τοῦ ὄντος γνώσεως ἀληθοῦς· ταύτης δὲ ἀπεσφάλησαν ἅμφω καὶ Ἰουδαῖοι καὶ Ἕλληνες, τὴν ἀπ' οὐρανοῦ παραγενομένην σοφίαν παραιτησάμενοι καὶ χωρὶς Χριστοῦ φιλοσοφεῖν ἐπιχειρήσαντες, τοῦ μόνου παραδείξαντος ἔργῳ καὶ λόγῳ τὴν ἀληθῆ φιλοσοφίαν. Οὗτος γὰρ πρῶτος καὶ μόνος [64] ἔτεμε τῷ βίῳ, τὴν ταύτης πολιτείαν ἐπιδειξάμενος καθαράν, ἀνωτέραν ἀεὶ φέρων τὴν ψυχὴν τῶν παθῶν τοῦ σώματος· ἔσχατον δὲ καὶ αὐτῆς καταφρονήσας [65], ὅτε ἡ παρ' αὐτοῦ οἰκονομουμένη σωτηρία τῶν ἀνθρώπων ἀπῄτει θάνατον, διδόσκων διὰ τούτου, ὅτι δεῖ τὸν φιλόσοφον ὀρθῶς προαιρούμενον ἀρνήσασθαι μὲν τὰ ἡδέα πάντα τοῦ βίου, πόνων δὲ καὶ παθῶν εὖ μάλα ἐπικρατεῖν, καταφρονοῦντα τοῦ σώματος, ἔχειν δὲ μηδὲ τὴν ψυχὴν τιμίαν, ἀλλὰ καὶ ταύτην προθύμως προέσθαι, ὅταν δι' ἀρετῆς ἀπόδειξιν ἀποθέσθαι **256** δέοι. Καὶ ταύτην παραλαβόντες οἱ ἀπόστολοι αὐτοῦ καὶ μαθηταὶ γνησίως τὴν διαγωγὴν ἐμιμήσαντο· ἅμα γὰρ τῷ κληθῆναι ἀποταξάμενοι μὲν τῷ βίῳ καὶ ὑπεριδόντες πατρίδος [66]

Variæ lectiones et notæ

[61] τὴν πρός cod. [62] ἀπηρνημένοις? [63] ἀποσφαλίσεται cod. [64] ὁδόν? [65] τῆς ζωῆς vel ψυχῆς? [66] πατρίδα cod.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

καὶ γένους καὶ ὑπάρξεως πρὸς τὸν σκληρὸν καὶ ἐπίπονον εὐθὺς μετετάξαντο βίον, διὰ πάντων χωρήσαντες τῶν δυσχερῶν καὶ τεθλιμμένων, διωκόμενοι, κακουχούμενοι, ὑστερούμενοι, ἐλαυνόμενοι, γυμνητεύοντες, ὀβριζόμενοι, ἐμπτυόμενοι, αὐτῶν τῶν ἀναγκαίων ἐνδεεῖς· ὕστερον δὲ καὶ θανάτου κατεφρόνησαν καλῶς διὰ πάντων μιμησάμενοι τὸν διδάσκαλον, τῷ βίῳ καταλιπόντες πολιτείας ἀρίστης εἰκόνα. Ἀλλὰ ἐπειδὴ γράφειν ἀπὸ (68b) τῆς εἰκόνος ταύτης πάντες Χριστιανοὶ τὸν ἑαυτῶν βίον ὀφείλονται, ἢ οὐκ ἠβουλήθησαν, ἢ ἠτόνησαν πρὸς τὴν μίμησιν· ὀλίγοι δέ τινες ἠδυνήθησαν τὰς κοσμικὰς ὑπερκύψαι ταραχὰς καὶ φυγεῖν τὴν ἐν ταῖς πόλεσι ζάλην καὶ τὴν τοῦ ματαίου βίου φροντίδα τε καὶ προσπάθειαν· καὶ οὕτως ἔξω γενάμενοι τῶν κοσμικῶν θορύβων, τὸν μοναδικὸν[66] ἀσπασάμενοι[67] βίον, ἐκμαγεῖον τῆς ἀποστολικῆς ἀρετῆς ἐποιήσαντο, τοῦ μὲν κεκτῆσθαι τὴν ἀκτημοσύνην προκρίναντες διὰ τὸ ἀπερίσπαστον, τροφῆς δὲ κεκαρυκευμένης τὴν ἐτοιμασθεῖσαν προτιμήσαντες, διὰ τὰς τῶν παθῶν ἐπαναστάσεις τῇ παρατυχούσῃ τροφῇ τὴν χρείαν τοῦ σώματος ἐκπληροῦντες, ἐνδυμάτων τε μαλακῶν καὶ τῆς χρείας ἔξω, ὡς ἀνθρωπίνης χλιδῆς[68] ἐπίνοιαν ἀλογήσαντες[69], λιτῇ καὶ ἀπεριέργῳ στολῇ διὰ τὴν τοῦ σώματος ἀνάγκην ἐχρήσαντο. (12) Καὶ γὰρ ὁ Κύριος τῷ πλουσίῳ τὴν τελειοτάτην τοῦ κατὰ Θεὸν ἀκροτάτου βίου τούτου σαφέστατα ὑποτιθέμενος[70] « πωλῆσαι[71] τὰ ὑπάρχοντα καὶ διαδοῦναι πτωχοῖς, » καὶ οὕτως ἀμερίμνως καὶ ἀπερισπάστως ἀκολουθεῖν[72] « τὸν σταυρὸν ἄραντα » προσέταξε, καὶ τὸν τοῦτο μὴ ποιοῦντα ἀνάξιον ἑαυτοῦ ἔκρινεν· « Ὅστις γάρ, φησὶν[73], οὐκ ἀφήσει πατέρα ἢ μητέρα, ἢ ἀδελφοὺς ἢ γυναῖκα, ἢ τέκνα, ἢ ἀγροὺς ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός μου καὶ ἀρεῖ τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθήσει μοι, οὐκ ἔστι μου ἄξιος. » Τοιγαροῦν οὐκ ἔστιν ἄλλως τῆς ἀξίας ταύτης καὶ τῆς τελειότητος ἐπιτυχεῖν εἰ μὴ καθ' ὃν τρόπον ὁ ὑπερτελὴς καὶ πρωτέλειος ἐδίδαξε **257** Κύριος. Θαυμαστέον τοιγαροῦν ἡμῖν καὶ σφόδρα τιμητέον, τοὺς ἀπαρνησαμένους πᾶσαν πρόσκαιρον ἡδονήν τε καὶ προσπάθειαν κατὰ τὴν ἐντολὴν τοῦ Κυρίου καὶ πρὸς τὴν μοναδικὴν πολιτείαν μεταχωρήσαντας καὶ πᾶσαν τὴν γῆν πληρώσαντας — καὶ γὰρ μεμέστωται τούτων Αἴγυπτος, καὶ Λιβύη, καὶ Αἰθιόπεια, καὶ Ἰνδία, Μαυριτανία τε καὶ αἱ Θηβαΐδες· τούτων Συρία πλήρης, καὶ Κιλικία, καὶ Γαλατία, Πόντος τε καὶ Ἀρμενία, Μεσοποταμία, καὶ ἡ Περσὶς ἅπασα τούτων ἀνάπλεως, Παλαιστίνη καὶ Ἀραβία καὶ Κύπρος, Ἀσία τε καὶ αἱ Κυκλάδες νῆσοι, καὶ ἡ Ἑλλὰς πᾶσα, καὶ μὴν καὶ Ῥώμη, καὶ Ἱσπανία, καὶ Γαλατία[74] μέχρι τοῦ πέρατος τῆς γῆς πέπλησται μοναστηρίων καὶ ἀσκητῶν, καὶ πᾶσα ἡ γῆ κατευλόγηται καὶ ἁγιάζεται προδήλως ταῖς τούτων χοροστασίαις τε καὶ ψαλμῳδίαις.

et afflictiones, insectati, male vexati, destituti, agitati, denudati, contumeliis affecti, consputi, ipsis rebus necessariis indigentes; tandem mortem ipsam contempserunt recte per omnia imitantes Magistrum, vita sua relinquentes optimæ vivendi rationis imaginem. Sed postea quam Christiani omnes, qui vitam suam ad exemplum hoc delineare debebant, vel noluerunt vel defecerunt imitantes, quidam autem pauci mundanas sollicitudines valuerunt despicere, et urbium fugere turbinem et insanæ vitæ curam et affectionem; itaque a mundanis exempti tumultibus, et solitariam amplectentes vitam, formam expresserunt apostolicæ virtutis, possidere inopiam anteponentes ob animi libertatem, escæ exquisite conditæ extempore et sine arte paratam præferentes, ob cupiditatum rebelliones obvio cibo corporis necessitati satisfacientes; vestitus molles et extra necessitatem ut hominum luxus inventionem aspernantes, vili et sine arte elaborata veste, ob corporis necessitatem, utebantur. Etenim Dominus diviti summa vitæ hujus secundum Deum perfectione præposita, « ut venderet substantiam et daret pauperibus, » et ita sine cura et libera mente serviret « crucem tollens » mandavit, et non sic facientem seipso indignum judicavit: « Quicunque enim non reliquerit patrem, aut matrem, aut fratres, aut uxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, et non acceperit crucem suam et secutus me fuerit, non est me dignus. » Ideo non aliter meritum hoc et perfectionem assequi fas est nisi juxta modum quem summe et ante sæcula perfectus edocuit Dominus. Mirandi nobis ergo et valde honorandi sunt qui abnegantes omnem temporariam jucunditatem et terrestrem affectum, juxta præceptum Domini ad solitariam vitam accesserunt et universam terram impleverunt: his enim impleta est Ægyptus et Libya, Æthiopia et India, Mauritaniaque et Thebais; Syria et Cilicia et Galatia, Pontus et Armenia; Mesopotamia et Persis; Palæstina et Arabia et Cyprus, Asiaque et Cyclades insulæ et Græcia tota, imo etiam Roma et Hispania et Gallia usque ad terminos terræ donatæ sunt monasteriis et asceteriis, et universa terra resonat et sanctificatur eorum choris et psalmodiis.

[75] (13) Καὶ δὴ Γρηγόριος ὁ πάνσοφος καὶ τῆς Θεολόγου ἐπωνυμίας[76] ἀποσεμνύνων αὐτὸς λέγει « Οἱ ψάλλοντες, οἱ δοξάζοντες, οἱ μελετῶντες τὸν νόμον Κυρίου ἡμέρας καὶ νυκτὸς, οἱ τὰς ὑψώσεις τοῦ

Et Gregorius quidem omni sapientia præditus, Theologi nomen magnificans, ipse dicit: « Qui psallunt, qui glorificant, qui meditantur legem Domini die ac nocte, qui exaltationes Dei ferunt

Variæ lectiones et notæ.

[66] νομαδικὸν cod. ut infra. [67] ἀσπάσασθαι cod. [68] ἀτροφῆς Scholion. [69] ἀναλογίσαντες cod. [70] ἐντολήν? [71] Matth. XIX, 21. [72] Matth. X, 21. [73] Matth. XIX, 29; X, 38. [74] Γαλλία cod. [75] Τοῦ Θεολόγου, orat. XII, 1, 91. A—D. [76] τῆς θεολογίας; ἐπώνυμος ἀπ. αὐτούς cod.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

in gutturibus; et hæc profecto pulchra vitæ secundum Deum signa et indicia, silentes præcones, incompta et squalida coma, pedes nudi et apostolicas vias sequentes, nihil mortuum ferentes, tonsura congruens, amictus fastum reprimens, zona inornato decens, paululum et vix tunicam inhibens, incessus gravis, oculus non vagus, risus benignus, aut potius subrisionis motus quidam cachinni cohibens intemperantiam, sermo a ratione profectus, præstantioris deductio, increpatio magis quam laus optata, inter mœstitiam et relaxationem medium et justum temperamentum. » — « Et majora his et sublimiora, in paupertate divitiæ, in transitoria commoratione possessio, in ignobilitate gloria, in infirmitate virtus, in cœlibatu pulchræ prolis educatio, si tamen præstantior sit ea quæ secundum Deum fit progenies illa quæ a carne oritur; in deliciis viventes et delicias contemnentes, humiles, mundo sublimiores, extra carnem et in carne viventes, quorum pars Dominus, pauperes per regnum et per paupertatem regnantes : hi, divitiæ meæ et deliciæ meæ, præsentes me lætum faciunt, absentes affligunt. » Quinam autem sunt isti? « Qui mundum dereliquerunt, et Deo se consecraverunt, atque solitariam amplectentes vitam Deo vivunt magis quam omnes qui versantur in corpore; » dico sane qui inter nos sunt Nazaræos, « quorum quidem alii omnino solitariam et secretam vitam transigentes, cum semetipsis solis et Deo conversantur, alii vero in agapis solummodo communione gaudentes, solitarii simul et misti sunt; et mundum istum quantum ex eremo noscitur solummodo cognoscunt. Cæteri autem et hominibus et negotiis mortui, quæ quasi in turbine simul versata, in medio percunt, nobis ludum volubilibus vicissitudinibus præbentes: ipsi autem sibi invicem mundus sunt et æmulatione virtutem acuunt. » Et hæc quidem Gregorius. Divina autem loquens Chrysostomus in interpretatione Matthæi sic de monachis Ægypti loquitur : « Non tam splendidum est cœlum multifario astrorum choro, quam eremus Ægypti tabernacula monachorum nobis undequaque ostendens, qui, igne Christi suscepto, in cœlum conferti irruerunt, cæteris quippe ardentiores effecti, incorporales virtutes affectuum carentia per philosophiam imitantur. Et si quis in regione versatus fuerit, bene scit quæ dico; si quis autem non ascendit ad illa sancta tabernacula, recogitet illum qui usque ad id temporis omnium ore celebratur, quem post apostolos tulit Ægyptus,

A Θεοῦ ἐν ταῖς λάρυγξι φέροντες · καὶ ταῦτα δὴ τὰ καλὰ τοῦ κατὰ Θεὸν βίου προγράμματα καὶ μηνύματα, οἱ σιωπῶντες κήρυκες, αὐχμῶσα καὶ πιναρὰ κόμη, πόδες γυμνοὶ καὶ τοῖς ἀποστολικοῖς ἑπόμενοι, μηδὲν νεκρὸν φέροντες, κουρὰ σύμμετρος, περιβολὴ τύφον κολάζουσα, ζώνη τῷ ἀκόσμῳ κοσμία, μικρόν τι τοῦ χιτῶνος ἀναστέλλουσα καὶ ὅσον μὴ ἀναστέλλειν [77], βάδισμα εὐσταθὲς, ὀφθαλμὸς οὐ πλανώμενος, μειδίαμα προσηνὲς, μᾶλλον δὲ ὁρμὴ μειδιάματος, ἀκρασίαν γέλωτος σωφρονίζουσα, λόγος τῷ λόγῳ κινούμενος [78], ὁδηγίαν [79] τοῦ κρείττονος, ἐπίπληξις εὐφημίας ποθεινοτέρα, μέτρα κατηφείας (69a) καὶ ἀνέσεως καὶ ἡ δι' ἀμφοτέρων μίξις καὶ κρᾶσις. » — « Καὶ ἃ μείζω τούτων ἔτι καὶ ὑψηλότερα [80], ὁ ἐν πενίᾳ πλοῦτος, ἡ ἐν παροικίᾳ κατάσχεσις, ἡ ἐν ἀτιμίᾳ δόξα, ἡ ἐν ἀσθενείᾳ δύναμις, ἡ ἐν ἀγαμίᾳ καλ-

B λιτεκνία, εἴπερ κρείττονα τῶν ἀπὸ σαρκὸς ἐρχομένων [81] τὰ κατὰ Θεὸν γεννήματα [82], οἱ τρυφῶντες τὸ [83] μὴ τρυφᾷν, οἱ ταπεινοὶ ὑπὲρ τὸν κόσμον [84], οἱ σαρκὸς ἔξω καὶ ἐν σαρκὶ, **258** ὧν μερὶς Κύριος, οἱ πτωχοὶ [85] διὰ βασιλείαν καὶ διὰ πτωχείαν βασιλεύοντες · οὗτοί με καὶ παρόντες [86] λαμπρὸν ποιοῦσιν, ἡ ἐμὴ περιουσία, τὸ ἐμὸν [87] ἐντρύφημα, καὶ ἀπόντες συστέλλουσι [88]. » Τίνες δέ εἰσιν οὗτοι [89]; « Οἱ κόσμῳ χωρήσαντες ἑαυτοὺς καὶ τῷ Θεῷ τὸν βίον καθιερώσαντες · καὶ τὴν [90] ἔρημον ἀσπαζόμενοι ζῶσι Θεῷ πάντων μᾶλλον τῶν στρεφομένων ἐν σώματι · » λέγω δὴ τοὺς καθ' ἡμᾶς Ναζηραίους « οἱ μὲν τὸν πάντη μοναδικὸν [91] καὶ ἄμικτον διαθλοῦντες βίον, ἑαυτοῖς μόνοις προσλαλοῦντες καὶ τῷ Θεῷ — οἱ δὲ ἀγάπαις μόνον τῇ κοινωνίᾳ στέργοντες,

C ἐρημικοί [92] τε ὁμοῦ καὶ μιγάδες · καὶ τοῦτον μόνον [93] κόσμον εἰδότες ὡς τῇ ἐρήμῳ γνωρίζουσιν, τοῖς μὲν ἄλλοις τεθνηκότες ἀνθρώποις καὶ πράγμασιν, ὅσα ἐν μέσῳ περιφθείρεται [94], στροβοῦντά τε καὶ στροβούμενοι καὶ παίζοντα ἡμᾶς ταῖς ἀγχιστρόφοις μεταβολαῖς, ἀλλήλοις τε [95] κόσμος ὄντες καὶ τῇ παραθέσει τὴν ἀρετὴν θήγοντες. » Καὶ ταῦτα μὲν Γρηγόριος. Ὁ δὲ θεορρήμων Χρυσόστομος [96] ἐν τῇ κατὰ Ματθαῖον ἑρμηνείᾳ περὶ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ μοναχῶν φησιν · « Οὐχ οὕτως ἐστὶ λαμπρὸς ὁ οὐρανὸς τῷ ποικίλῳ τῶν ἄστρων χορῷ, ὡς ἡ ἔρημος Αἰγύπτου τὰς σκηνὰς πάντοθεν [97] ἡμῖν τῶν μοναχῶν δεικνύουσα [98], οἵτινες τὸ πῦρ τοῦ Χριστοῦ δεξάμενοι, πρὸς [99] οὐρανὸν ἀθρόοι [1] μεθωρμήσαντο καὶ θερμότεροι τῶν ἄλλων ὄντες [2] πρὸς εὐσέβειαν, τὰς ἀσωμάτους δυνάμεις τῇ — τῆς φιλοσοφίας ἀπαθείᾳ

D μιμοῦνται [3]. Καὶ εἴ τις ἐν τῇ χώρᾳ γέγονεν, οἶδεν ἃ λέγω · εἰ δέ τις οὐκ ἐπέβη [4] τῶν ἁγίων σκηνῶν [5] ἐκείνων, ἐννοείτω τὸν μέχρι νῦν ἐν τοῖς ἁπάντων στόμασιν ᾀδόμενον, ὃν [6] μετὰ τοὺς ἀποστόλους ἡ

Variæ lectiones et notæ.

[77] ἀναστέλλει cod. [78] σιωπὴ λόγου τιμιωτέρα. ἔπαινος ἄλατι ἡρτυμένος, οὐ πρὸς θωπείαν, ἀλλ' Gr. [79] ὁδηγία cod. [80] ὃ μεῖζον—ὑψηλότερον cod. [81] ἀρχ. Gr. [82] γενήματα cod. [83] τῷ Gr. [84] τὸν οὐρανὸν, οἱ μηδὲν ἐν κόσμῳ καὶ ὑπὲρ τὸν κόσμον cod. [85] cod. πτωχείας? [86] οὐ τιμαὶ καὶ παρόντες cod. παρόντων? — λαμπρὸν ἐποίουν Gr. [87] ἀγαθὸν Gr. [88] συνέστελλον Gr. [89] Or. XXI 384 B, C. κόσμου χωρίζοντας Gr. [90] ἐ. καὶ τὴν Gr. [91] τε add. Gr. [92] ἐρημικοῖς codex. [93] καὶ τοῦτο μ. κ. ἐ. ὅσον ἐν τῇ ἐ. γνωρ. Gr. post Θεῷ. [94] περιφέρεται Gr. [95] ἀλλ. δὲ Gr. [96] Τοῦ Χρυσοστόμου VII, 127 a. [97] πανταχόθεν Chr. [98] δ. τῶν μ. Chr. [99] τόν Chr. [1] ἀθρόον Chr. [2] ὄντες καὶ πρὸς ὀργὴν καὶ πρὸς ἡδονὴν σωμάτων προπετέστεροι, τὰς Chr. [3] μιμοῦντ. cod. [4] οὐδέποτε ἐπ. Chr. [5] τῶν σκ. Chr. [6] στ. ὄντα ὃν Chr.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Αἴγυπτος ἠνεγκεν, τὸν μέγαν καὶ μακάριον [7] Αντώνιον, καὶ οἷων [8] ὄψεων θείων ἠξιώθη καὶ βίον θεοπρεπῆ τε καὶ ἀγγελικὸν ἐπεδείξατο. Καὶ τοῦτο [9-26] εἴσεται τις [27] ἀναγνοὺς **259** αὐτοῦ τὸν βίον μετὰ ἀκριβείας, ἐν ᾧ καὶ πολλὴν ὄψεται τὴν προφητείαν. Καὶ γὰρ τῶν περὶ [28] τὰ Ἀρείου νοσούντων, προανεφώνησέ τε καὶ εἶπεν τὴν ἐκείνοις [29] μέλλουσαν γίνεσθαι βλάβην, τοῦ Θεοῦ δείξαντος αὐτῷ [30] καὶ πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν τὰ μέλλοντα. » — Ἀληθείας ἐστὶν ἀπόδειξις, τὸ μηδένα τῶν αἱρετικῶν [31] ἄνδρα τοιοῦτον ἔχειν. (15) « Διὸ δὴ [32] καὶ θαυμάζω σφόδρα καὶ τελείαν ἐπαινῶ τοὺς τὰς ἐρήμους κατειληφότας μοναχοὺς τῶν τε ἄλλων ἀρετῶν ἕνεκα καὶ τὴν μεταβολὴν τῆς ἐσθῆτος· βούλει γάρ, σοὶ δείξω τοὺς ὄντας ἐστολισμένους καὶ [33] τὸ ἔνδυμα τοῦ γάμου ἔχοντας, τοῦ γάμου ἐκείνου, καὶ ὡς ἐν οὐρανῷ ἐν γῇ διατρίβοντας· οὐδὲν γὰρ αὐτῶν τὰ καταγώγια χεῖρον τῶν οὐρανῶν διάκεινται· καὶ γὰρ ἄγγελοι κατάγονται πρὸς αὐτοὺς καὶ ὁ τῶν ἀγγέλων Δεσπότης· εἰ γὰρ πρὸς τὸν Ἀβραὰμ ἦλθον, ἄνδρα γυναῖκα ἔχοντα καὶ παιδία διατρέφοντα, ἐπειδὴ φιλόξενον εἶδον, ὅταν πολλῷ πλείονα εὕρωσιν ἀρετὴν καὶ ἄνθρωπον σώματος καταφρονοῦντα [34] καὶ σαρκὶ σαρκὸς ὑπερορῶντα, πολλῷ μᾶλλον ἐνταῦθα διατρίβουσι καὶ χορεύουσι τὴν αὐτὴν πρέπουσαν χορείαν· καὶ γὰρ τράπεζα (69b) παρ' ἐκείνοις πάσης πλεονεξίας καθαρὰ καὶ φιλοσοφίας μεστή· οὐχ αἵματος χείμαρροι παρ' αὐτοῖς, οὐδὲ κρεῶν κατακοπαί, οὐδὲ καρυκεῖαι καὶ κνίσεις [35] ἀηδεῖς [36], οὐδὲ καπνὸς ἀτερπής, καὶ δρόμοι, καὶ θόρυβοι, καὶ ταραχαί, καὶ κραυγαὶ ἐπαχθεῖς, ἀλλ' ἄρτος καὶ ὕδωρ, τὸ μὲν ἐκ πηγῆς καθαρᾶς, τὸ δὲ ἀπὸ δικαίων πόνων. Εἰ δέ που καὶ φιλοτιμώτερον ἐστιᾶσθαι βουληθεῖεν, ἀκρόδρυα ἡ φιλοτιμία γίνεται, καὶ μεῖζων ἐνταῦθα ἡ ἡδονὴ ἢ ἐν ταῖς βασιλικαῖς τραπέζαις. Ταύτην καὶ ἄγγελοι τὴν τράπεζαν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ θεωροῦντες κατατρέπονται [37] καὶ ἥδονται· εἰ γὰρ [38] ἐπὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι χαίρουσιν, ἐπὶ δικαίοις τοσούτοις μιμουμένοις αὐτοὺς τί οὐκ ἐργάσονται; Καὶ ἡμεῖς μὲν τῶν θηρίων χείρους ἐσμὲν καὶ τῶν ἀλόγων, ἐκεῖνοι δὲ τῶν ἀγγέλων ἴσοι, ξένοι καὶ παρεπίδημοι τῶν ἐνταῦθα ὄντες· καὶ πάντα αὐτοῖς ἐνήλλακται τὰ πρὸς ἡμᾶς, καὶ ἔνδυμα, καὶ τρόπος, καὶ σχῆμα, καὶ ὑπόδημα, καὶ ὁμιλία· καὶ εἴ τις ἐκείνων ἤκουσε διαλεγομένων **260** καὶ ἡμῶν, τότε ἂν ἔγνω καλῶς πῶς οἱ μὲν οὐρανοπολῖται, ἡμεῖς δὲ οὐδὲ τῆς γῆς ἄξιοι· Ἴδωμεν δὲ καὶ τὰς ἐκ τῆς τρυφῆς ἡμῶν ἐπιθυμίας, τὰς ἐκ τῶν ὀψοποιῶν, τῶν μαγείρων, τῶν τραπεζοποιῶν, τῶν πλακουντοποιῶν καὶ τὴν περὶ τῶν τοιούτων ἁμιλλαν· καὶ ὑπὲρ ποιότητος καὶ ὑπὲρ τάξεως καὶ ὑπὲρ πλήθους, ὅπερ οὐδὲν τοιοῦτον παρὰ τοῖς ἀγγέλοις ἐκείνοις· οὐ γὰρ εἰς πλησμονὴν καὶ τρυφήν, ἀλλ' εἰς χρείαν αὐτοῖς ἡ τροφὴ καὶ μέτρῳ καὶ

A magnum et beatum Antonium, et quibus Deus visionibus eum dignatus sit, et quam cœlestem et angelicam ostendit vitam. Et hoc sciet quicunque vitam ejus cum accurata legerit diligentia, in qua multas videbit prophetias. Etenim quodnam damnum futurum esset iis qui Arii doctrinis insaniebant dixit et præmonstravit, cum Deus ei ostendisset et ante oculos ventura posuisset. » Veritatis demonstratio est, nullum inter hæreticos talem inveniri virum. « Ideoque valde miror et summopere laudo qui deserta occupaverunt monachos tum ob alias virtutes, tum ob vestis mutationem. Si vis enim, ostendam stola induetos et « vestem nuptiarum » habentes, nuptiarum harum dico, et quasi in cœlo versantes in terra;

B ea sunt enim horum diversoria ut nihil cœlo invidere debeant. Etenim angeli diversantur apud illos et angelorum Dominus; si enim ad Abraham venerunt, uxorem habentem, et filios educantem, quoniam hospitalem noverunt, cum multo majorem virtutem inveniunt, et hominem corpus despicientem et in carne carnem aspernantem, multo magis ibi commorantur et choream suam decentem celebrant. Enimvero mensa illis omni superfluitate vacua et philosophia plena; non cruoris torrentes apud eos, nec carnium concisiones, nec cibi exquisitius conditi, nec nidores injucundi, nec fumus ingratus, nec cursus, nec tumultus, nec turbationes, nec clamores graves, sed panis et aqua, hæc quidem de fonte puro, ille vero ex æquis laboribus. Si quando

C autem lautius vesci velint, ex arboreis fructibus desumitur sumptuositas, et major ibi voluptas quam regales ad mensas. Hanc et angeli mensam e cœlo spectantes delectantur. Si enim « super peccatore pœnitentiam agente » gaudent, quid non facient justis istis qui se imitantur? Et nos quidem feris et brutis pejores sumus, illi vero angelis pares, in terra hospites et advenæ; et his omnia a nostris diversa sunt, et indumentum, et mores, et habitaculum et calceamentum et conversatio; et si quis eos audierit colloquentes et nos, iste apprime noverit quod illi quidem cœlorum omnino sunt cives, nos vero ne terra quidem digni. Videamus quoque quas nobis luxus gignat cupiditates, cupediariorum, coquorum, mensas instruentium,

D dulciariorum, et de similibus certamen; et circa qualitatem, dispositionem, numerum, ex quibus nihil apud angelos illos. Non enim ad satietatem et delicias, sed ad necessitatem cibus, et ad quantitatis temporis regulam exactus; unica enim prorsus comestio apud eos; nec prandii nomen norunt, sed cœnam tantum modo, quoniam luctus est vita præsens jejuniis et certamini dedita; in hoc adim-

Variæ lectiones et notæ.

[7] μακ. καὶ μ. Chr. καὶ λογιζέσθω ὅτι — θείας ὄψεως κατεξ. καὶ τοιοῦτον ἐπ. β. οἷον οἱ τοῦ Χριστοῦ ἀθλοι ζητοῦσι Chr. [9-26] τοῦτον cod. [27] τις μ. ἀ. ἐντυχὼν τῷ βιβλίῳ τῷ τὴν ἱστορίαν ἔχοντι τῆς ἐκείνου ζωῆς Chr. [28] C π. τῶν Chr. [29] τὴν ἐξ ἐκείνων Chr.—β. γ. Chr. [30] τότε add. Chr. [31] τῶν ἔξωθεν αἱρέσεων Chr. [32] Locus in edd. non inveniendus. [33] Matth. xxii, 11. [34] ἐν? [35] κνήσεις? [36] ἀεὶδεῖς cod. [37] κατατερ.? [38] Luc. xxii, 7.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

plent quod ad Ezechielem prophetam a Deo dictum est : « Fili hominis, panem tuum in dolore comede, et aquam tuam in tribulatione et mœrore bibe. Cibum tuum in pondere comedes a tempore usque ad tempus; et potum tuum in verecundia bibes die. » Atqui verbo disrumpe ventrem illorum qui illis multis pascuntur cibis, et videbis onus grave et impuram cloacam, et dealbatum ac putre sepulcrum; quæ post ista vel dicere erubesco, turpes et fœtidos ructus, vomitus, procellam, obscurationem animæ, pondus corporis, et a summo et ab imo eruptiones, et insuper vehementiores venererarum voluptatum amores. Et illa quidem mensa ad cœlos angelos mittit; ista vero ad gehennam ignis ventris servos attrahit sicut divitem illum. Illi somnus morti similis succedit; huic distracta vigilia; uni cruciatus, alteri regnum cœlorum. Etenim post unicam refectionem et gratiarum actiones, compunctio et ferventes lacrymas copiose effundentes, sic ad somnum progrediuntur, sed ad somnum brevem quo vix requiescant, rursumque noctes dies faciunt, in gratiarum actione et psalmodia tempus omne terentes. Abi ergo ad sanctos istos et disce ab illis aliquid utile, et illuminare; lampades enim vere sunt et lumina, verbum vitæ exspectantes, et ubique terrarum versantes, et omnem mundum illustrantes. Ergo perge continenter ad illos, ut eas quæ sunt in te maculas purificans horum orationibus et adhortationibus, meliorem jam ostendas vitam et futura bona obtineas. »

A καιρῷ κανονισμένη· μονοσιτία γὰρ παρ' αὐτοῖς ἐστι πάντοτε, καὶ ἄριστον οὐδέποτε εἰ ἐστιν ἴσασιν, ἀλλὰ δεῖπνον [58] γινώσκοντες, ὅτι πένθος ὁ παρὼν βίος καὶ νηστείας καὶ ἀγῶνος [59], πληροῦντες ἐν τούτῳ καὶ τὸ πρὸς τὸν προφήτην Ἰεζεκιὴλ εἰρημένον ἀπὸ τοῦ Θεοῦ [61]· Υἱὲ ἀνθρώπου, τὸν ἄρτον σου μετ' ὀδύνης φάγεσι καὶ τὸ ὕδωρ σου μετὰ βασάνου καὶ θλίψεως πίεσι· καὶ τὸ βρῶμά σου ἐν σταθμῷ φάγεσαι [62] ἀπὸ καιροῦ ἕως καιροῦ [63]· καὶ τὸ πόμα σου μετὰ ἐντροπῆς [64] πίεσαι [65] τῆς ἡμέρας. » Ἀνάρρηξον οὖν τῷ λόγῳ τὴν γαστέρα τῶν ἐκεῖνα τὰ πολλὰ σιτουμένων καὶ ὄψει τὸν πολὺν φόρτον καὶ τὸν ἀκάθαρτον ὀχετὸν καὶ τὸν κεκονιαμένον καὶ σαπρὸν τάφον· τὰ δὲ μετὰ ταῦτα αἰσχύνομαι καὶ εἰπεῖν, τὰς ἀειδεῖς καὶ δυσώδεις ἐρυγάς, τοὺς ἐμετούς, τὴν ζάλην, τὴν σκότωσιν τῆς ψυχῆς καὶ τὸ βάρος τοῦ σώματος, τὰς κάτωθέν τε καὶ ἄνωθεν ἐκρήσεις [66], καὶ τοὺς ἐπὶ τούτοις σφοδροτέρους τῶν ἀφροδισίων ἔρωτας. Κἀκείνη μὲν ἡ τράπεζα, εἰς οὐρανοὺς τοὺς ἀγγέλους παραπέμπει· αὕτη δὲ εἰς γέενναν πυρὸς ἕλκει τοὺς κοιλιοδούλους, ὥσπερ καὶ τὸν πλούσιον ἐκεῖνον· καὶ τὴν μὲν [67] ὕπνος θανάτῳ προσεοικυῖα [68] διαδέχεται, τὴν δὲ νῆψις καὶ ἀγρυπνία, καὶ τὴν μὲν κόλασις, τὴν [δὲ] οὐρανῶν βασιλεία [69]· μετὰ γὰρ τὴν ἅπαξ ἑστίασιν καὶ τὴν εὐχαριστίαν πολλῆς ἐμπλησθέντες [70] κατανύξεως καὶ θερμῶν δακρύων, οὕτω πρὸς ὕπνον βαδίζουσιν, τοσοῦτον αὐτοῦ μεταλαγχάνονται ὅσον μικρὸν ἀναπαύσασθαι· καὶ πάλιν τὰς νύκτας ἡμέρας ποιοῦσιν, ἐν εὐχαριστίᾳ καὶ ψαλμῳδίᾳ ἀεὶ διάγοντες. Ἄπελθε τοίνυν πρὸς τοὺς ἁγίους τούτους καὶ μάθε τι παρ' αὐτῶν χρήσιμον καὶ φωτίσθητι· λύχνοι γάρ εἰσιν ὄντως καὶ φωστῆρες, λόγον ζωῆς ἐπέχοντες, καὶ πανταχοῦ **261** τῆς οἰκουμένης ὄντες καὶ πᾶσιν τὴν γῆν καταλαμπρύνοντες. Οὐκοῦν βάδιζε συνεχῶς πρὸς αὐτούς, ἵνα τὰς ἐν σοὶ κηλίδας (70ª) ἐκκαθάρας ταῖς ἐκείνων εὐχαῖς καὶ παραινέσεσιν, ἄριστον ἀναδείξῃ [71] τοῦ λοιποῦ βίον καὶ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ἐπιτύχῃς. »

Similiter et Theodoretus ita loquitur : « Angelorum vere imitantur conversationem, quicunque Dei servitium amplexati sunt, qui corporis fugerunt requiem et legitimam societatem, utpote a divinis abstrahentem rebus, et a cœlestibus et invisibilibus deliciis avocantem, et qui reliquerunt patriam et genus simul et divitias, ut omnem in divinis curam reponant, nullumque vinculum prohibeat quin ad cœlum mens evolet. His plena sunt et urbes et vici et montium vertices et præcipitia. » Ex quo enim Christus virginitatem honore affecit, ex Virgine natus, virginitatis prata natura germinavit, et suaves ac immarcescibiles monachorum flores offert Creatori et Domino. Ubique enim monasteria condita sunt, non solum apud nos, sed etiam in Syria tota et Palæstina, et Cilicia et in Mesopotamia; in Ægypto dicuntur quinque etiam millia virorum habere quædam scholæ simul

C [72] (15) Οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ Θεοδώρητος οὕτως ἔφη· « Τὴν γὰρ δὴ τῶν ἀγγέλων ἐκμιμοῦνται [73] προδήλως πολιτείαν ὅσοι τῶν ἀνθρώπων τὴν τοῦ Θεοῦ θεραπείαν ἠσπάσαντο, οἵτινες ἔφυγον [74] μὲν τὴν τοῦ σώματος ἀνάπαυσιν καὶ τὴν [75] ἔννομον κοινωνίαν ὡς τῶν θείων ἀφέλκουσαν [76] καὶ τῶν ἐπουρανίων ἀοράτων τρυφημάτων, κατέλιπον δὲ καὶ πατρίδα καὶ γένος ἅμα [77] καὶ πλοῦτον, ἵνα πᾶσαν εἰς τὰ θεῖα μεταθῶσιν τὴν μέριμναν, καὶ μηδεὶς τὸν νοῦν ἐπέχῃ δεσμὸς [78] εἰς οὐρανὸν ἀναπτῆναι. Τούτων πλήρεις καὶ πόλεις, καὶ κῶμαι, καὶ αἱ τῶν ὀρέων ἀκρωρίαι [79] καὶ φάραγγες. » (16) Ἀφ' οὗ γὰρ ὁ Χριστὸς τὴν παρθενίαν ἐτίμησεν, ὑπὸ παρθένου τεχθείς, τοὺς τῆς παρθενίας λειμῶνας ἡ φύσις ἐβλάστησε καὶ τὰ εὐώδη τῶν μοναχῶν ἄνθη καὶ D ἀμάραντα προσφέρει τῷ Ποιητῇ καὶ Δεσπότῃ. Καὶ γὰρ πανταχοῦ μοναστήρια γεγόνασιν, οὐ παρ' ἡμῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν Συρίᾳ πάσῃ, καὶ Παλαιστίνῃ [80]

Variæ lectiones et notæ.

[58] περὶ δείπνων? [59] ἀνάπλεως? [61] Ez. XII, 18. φάγεσαι — πίεσαι. [62] φ. ἐν στ. κ' σίκλους τὴν ἡμέραν Ez. IV, 2. [63] ἕως καιροῦ τῆς ἡμέρας cod. [64] ἀπὸ καιροῦ ἕως καιροῦ in margine. [65] καὶ ὕδωρ ἐν μέτρῳ π. Ez. IV, 12. [66] ἐκρεύσεις vel ἐκρήξεις? [67] καὶ τῇ μέν cod. [68] προσεοικώς cod. [69] βασιλείαν cod. [70] ἐμπληροῦνται? [71] ἐπιδ. cod. [72] Θεοδωρήτου, sermo III, pag. 53. [73] μιμούμενοι Th. — ἐκμιμοῦνται cod. [74] ἧσπ. ἐφ. Th. [75] τὴν σωμάτων καὶ τὴν Th. [76] ἀφ. κατ. Th. [77] γέννος ἵνα Th. [78] ὅσμός cod. [79] ἀκρωνυχίαι Th. [80] καὶ ἐν Π. cod.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

καὶ ἐν Κιλικίᾳ, καὶ ἐν Μεσοποταμίᾳ· ἐν Αἰγύπτῳ δέ φασι καὶ ἀνὰ ε' χιλιάδας ἀνδρῶν ἔχειν ἕνια φροντιστήρια, μεταξὺ τὸν Θεὸν ὑμνούντων ἐν προσευχαῖς καὶ ψαλμῳδίαις ἀγρυπνοῦντες, καὶ μετὰ σκληραγωγίας πολλῆς ζώντων[61], καὶ τὴν ὄντως Χριστοῦ φιλοσοφίαν εἰς ἄκρον ἀναδεικνυμένων[62]. Καὶ οἱ μὲν κατὰ συμμορίαν, ὡς ἔφην, οἰκοῦντες, δημιουργοῦσιν ἐν ταῖς ψυχαῖς τὰ τῆς φιλοσοφίας ἀγάλματα, οἱ δὲ καὶ δύο καὶ τρεῖς διάγοντες, οἱ δὲ καὶ μόνοι καθειργμένοι καὶ ἡσυχάζοντες καὶ τὸν ὀφθαλμὸν[63] τῷ κάλλει τῶν ὁρωμένων ἐπιτέρπεσθαι κωλύοντες, σχολὴν τῷ νῷ παρέχουσιν ἐπεντρυφᾶν τῇ θεωρίᾳ τῶν νοητῶν μετὰ φρονήσεως καὶ γνώσεως· μέγιστον μὲν γὰρ ἀληθῶς καὶ παμμέγεθες ἀγαθὸν τῶν θείων ἡ γνῶσις· οὐκ ἀπόχρη δὲ τέλειον ἀποφῆναι τὸν ταύτης ἠξιωμένον· δεῖ γάρ που τὴν ἀγαθὴν πρᾶξιν συναφθῆναι τῇ γνώσει· **262** ὅπερ γάρ ἐστι δένδρων ῥίζα καὶ ὀφθαλμὸς σώματος, τοῦτο ταῖς ψυχαῖς τῆς ἀληθείας ἡ γνῶσις, ἐξ ἧς ἡ βεβαία καὶ ὀρθόδοξος γίνεται πίστις. Χρὴ τοίνυν οὐ μόνον εἰδέναι τί προσήκει περὶ Θεοῦ δοξάζειν, ἀλλά γε καὶ κατὰ τοὺς ἐκείνου καλῶς καὶ ἁπλῶς πολιτεύεσθαι νόμους· δεῖ γὰρ τοὺς τῆς εὐσεβείας ἐραστὰς μὴ μόνον θεολογίαν καὶ φυσιολογίαν ἐκπαιδεύεσθαι, ἀλλὰ καὶ τοὺς τῆς πρακτικῆς ἀρετῆς ἐκμανθάνειν ἀκριβεῖς νόμους· ὥστε οὖν ἡ γνῶσις δεῖται τῆς πρακτικῆς, ὡς καὶ ἡ πρακτικὴ τῆς γνώσεως. Ὅθεν φησὶν ὁ Κύριος[64]· « Ὃς ἂν ποιήσῃ καὶ διδάξῃ, οὗτος μέγας κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν· » οὐκ εἶπεν· « Ὃς ἂν ποιήσῃ » μόνον, ἀλλὰ καὶ « διδάξῃ· » εἰ γὰρ ἤρκει πρὸς τελειότητα τὸ[65] ποιῆσαι μόνον καὶ χωρὶς τοῦ διδάξαι, ἢ τὸ διδάξαι μόνον ἄνευ τοῦ ποιῆσαι[66] μέγαν, οὐκ ἂν ἄμφω συνέζευξε λέγων· « Ὃς ἂν ποιήσῃ καὶ διδάξῃ· » ἅπερ δὴ κατορθώσας αὐτὸς ἀραρότως κἀν τούτῳ προσφόρως ἡμῖν ὑπογραμμὸς καὶ τύπος ἄριστος γενόμενος, ἐμαρτύρησεν ὁ μαθητὴς αὐτοῦ λέγων ἐναργῶς[67]· « Ὧν ἤρξατο Ἰησοῦς[68] ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν. » Ὁ γὰρ δὴ οὕτω ῥυθμίζων καὶ διαμορφῶν τὴν ψυχὴν οὐ μόνον τῶν θείων νόμων τοὺς χαρακτῆρας (70b) ἐκμάττει, ἀλλὰ καὶ τοῦ νομοθέτου ζωτά τις εἰκὼν γίνεται. Κἀντεῦθέν φησιν ὁ μὲν Ἀπόστολος[69]· « Γίνεσθε μιμηταὶ τοῦ Θεοῦ, » ὁ δὲ Κύριος[70]· « Γίνεσθε μιμηταὶ τοῦ Πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς· » καὶ[71]· « Ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ἡ δικαιοσύνη ὑμῶν πλεῖον τῶν Φαρισαίων καὶ Γραμματέων, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. »

A Deum celebrantium orationibus et psalmodiis, vigilantium et asperam nimis vitam agentium, et veram Christi philosophiam apprime ostendentium. Et alii quidem per cœtum, ut dixi, habitantes, in animabus philosophiæ ornamenta fabricantur; isti vero duo vel tres simul degentes; hi vero et soli inclusi, et quiescentes, et oculos cohibentes ne pulchritudine visibilium delectentur, menti otium præbent ut delicias sibi faciat in contemplatione intellectualium rerum cum intelligentia et sapientia. Vere enim maximum et summum bonum est divinarum rerum cognitio; sed non statim perfectus censendus est ille qui ipsam suscipit; oportet enim profecto bona agendi ratione cognitionem coalescere. Quod enim est arboribus B radix et oculus corpori, illud animabus veritatis cognitio, ex qua firma et orthodoxa fit fides. Scire igitur opus est non solum quid de Deo sentire conveniat, sed etiam juxta leges ejus bene et simpliciter actus dirigere. Oportet enim pietatis amatores non solum de Deo et natura erudiri, sed etiam practicæ virtutis perfectas discere leges; itaque cognitioni practica opus est, sicut et practicæ cognitione. Unde dicit Dominus: « Qui fecerit et docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum; » non dixit qui fecerit » solummodo, sed et « qui docuerit » si satis enim esset ad perfectionem solummodo facere non docentem, vel docere solum non facientem non utrumque conjunxisset dicens: « Qui fecerit et docuerit, quæ sane ipse firmiter et constanter egit, C in hoc quoque factus nobis exemplar et typus optimus, sicut testatur discipulus ejus aperte dicens: « Quæ cœpit Jesus facere et docere. » Ille enim qui animam sic concinnat et deformat, non solum divinarum legum characteres exprimit, sed legislatoris quoque vivens quædam imago efficitur. Hinc Apostolus dicit: « Estote imitatores Dei; » et Dominus: « Estote imitatores Patris vestri qui in cœlis est »; et: « Nisi abundaverit justitia vestra plus quam Pharisæorum et Scribarum, non intrabitis in regnum cœlorum.

[72] (17) Εἰκότως οὖν[73] Πλάτων ὑπεμφαίνων τῶν τελείων τὸ σπάνιον ἔφασκεν· « Οὔ μοι δοκεῖ δυνατὸν[74] ἀνθρώποις μακαρίοις τε καὶ εὐδαίμοσι γενέσθαι πλὴν ὀλίγων· μέχρι περ ἂν ζῶμεν, τοῦτο διορίζομαι· » — « ναρθηκοφόροι[75] μὲν γὰρ πολλοί, φιλόσοφοι δὲ σπάνιοι καὶ ὀλίγοι. » Κάλλιον[76] δὲ πίστις καὶ πρᾶξις τελευτήσαντος;[77] τυχεῖν **263** πάντων· ὅθεν ἐπῄνεσεν[78] « ἄνδρα ἁπλοῦν καὶ γενναῖον

D Jure ergo Plato perfectorum paucitatem subindicans dicebat: « Haud possibile mihi videtur homines, nisi paucos, felicesque et beatos esse: Donec vivimus, hoc definio. » — « Enimvero feruligeri quidem multi sunt, philosophi vero rarissimi. » — « Fides autem et actus defuncto magis prosunt quam si cuncta lucrifecisset. » Unde adjunxit, « virum simplicem et ingenuum, juxta

Variæ lectiones et notæ.

[61] ζῶντες cod. [62] ἀναδεικνύμενοι cod. — ἐπιδ. cod. [63] τῷ ὀφθαλμῷ cod. et subscripto. [64] Matth. v, 19. [65] τοῦ cod. [66] πρὸς τὸ κληθῆναι? [67] Act. I, 1. [68] ὁ Ἰησοῦς cod. [69] Eph. v. 1. [70] Matth. v, 48. [71] v, 20. [72] Ced. 356,9-358,10. [73] ὁ add. Ced. [74] Οὔ φημι εἶναι δ. Epinomis 973, C.— et statim, μακαρίους τε καὶ εὐδαίμονας γίνεσθαι cod. paulo post. διορίζομεν Ced. [75] ναρθ. μὲν π. βάκχοι δέ τε παῦροι Plato, *Phædon*, 69 C. [76] καλὴ δὲ πρ. καὶ π. Ced. — καλὴ δὲ ἐλπὶς Epinomis. [77] τελευτήσαντι Pl. τελευτησαντα Ced. [78] ὧν ἐπ. cod. — Resp. II, 361 B.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Æschylum, non videri velle sed velle reipsa, videri vero tollendum esse; si enim justus esse aliquis videbitur, erunt ei honores et munera quia videtur esse talis. Atqui in incerto est an ob justitiam, vel munerum et honorum gratia talis sit. Nudandus igitur omnibus est, itaque redigendus ut sit ejus quem prius descripsimus contrarius. Nulla enim re præditus opinionem habeat summæ injustitiæ, ut ita exploratum sit eum esse justum, cum non cedat sinistræ famæ, neque ambitione aut iis quæ inde oriuntur agatur, sed sit mutabilis, toto vitæ spatio cum putetur esse injustus. Quin etiam Socrates, magister ejus, ad ipsum dicit: Numquid vulgi opinioni nos cedere oportet et hanc reformidare, vel potius, spretis omnibus aliis, ejus judicium revereri qui ei quod rectum est obtemperet, cui nisi pareamus ingens simus damnum percepturi? Non sane, o bone, curandum nobis est quid de nobis plebs dicat, sed quid veritas probet quæ justum ab injusto discernit, quod veritatis est. »

Hæc autem perspicue magis conveniunt nostris sacris et apostolicis sermonibus, in quibus dicit Christophorus: « Per arma justitiæ a dextris et a sinistris; per gloriam et ignobilitatem; per infamiam et bonam famam; ut impostores, et veraces; tanquam ignoti, cum simus noti; quasi morientes, et ecce vivimus: ut castigati, et non mortificati; ut tristes, semper autem gaudentes; sicut egentes, multos autem locupletantes; tanquam nihil habentes, et omnia possidentes. » Talem igitur de justitia et Deo grata norma vivendi omnino Socrates et Plato doctrinam docuerunt vere mirandam, et dignam laudibus, et naturæ rationali hominum consentientem; morales enim disciplinas omnes natura edocuit. Cum enim genus hominum creasset Deus, naturæ indidit bonorum et contrariorum discretionem, qui erudit populos et docet hominem scientiam. Idcirco non solum Socrates et Plato et quidam alii inter Græcos injustam abominati sunt vitam, sed etiam multi alii inter Barbaros: enimvero narrant Hyperboreos, super Riphæi cacuminibus habitantes, seipsos ad justitiam exercere, non vescentes carnibus, sed fructibus arboreis et aqua utentes, et Brachmanas in silvis vitam degere, foliis corpus velantes, et super hominum naturam se exercentes. Anacharsin quoque Scytham philosophum factum esse dicunt; et ita hunc philosophiæ accendit amor, ut per magnum studium et temperantiam celeberrimus evaserit; non solum enim vigilans adversus animæ luctaba-

κατ' Αἰσχύλον [79] (οὐ δοκεῖν ἀλλ' εἶναι ἀγαθὸν ἐθέλοντα· ἀφαιρετέον δὲ [80] τὸ δοκεῖν. Εἰ γὰρ δόξει δίκαιος εἶναι) ἔσονται [81] τιμαὶ αὐτῷ καὶ [82] δωρεαὶ δοκοῦντι τοιοῦτον [83] εἶναι· ἄδηλον οὖν, εἴτε τοῦ δικαίου, εἴτε [τῶν] δωρεῶν καὶ τιμῶν εἵνεκα τοιοῦτος εἴη [84]· γυμνωτέος δὴ πάντων πλὴν δικαιοσύνης καὶ ποιητέος ἐναντίως διακείμενος [85] τῷ προτέρῳ· μηδὲν γὰρ ἔχων δόξαν [86] ἐχέτω μεγίστης ἀδικίας, ἵνα βεβασανισμένος ᾖ εἰς δικαιοσύνην, τὸ μὴ τέγγεσθαι [87] ὑπὸ κακοδοξίας ἢ φιλοδοξίας καὶ ὑπ' αὐτῆς γιγνομένων, ἀλλ' ἔστω [88] ἀμετάστατος μέχρι θανάτου δοκῶν ἄδικος εἶναι διὰ βίου. » Καὶ δὴ καὶ Σωκράτης, ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ, πρὸς αὐτὸν [89] ἔφη· « Πότερον τῇ τῶν πολλῶν δόξῃ [90] δεῖ ἡμᾶς πείθεσθαι καὶ φοβεῖσθαι ταύτην ἢ [91] τὴν τοῦ ἑνός, εἴ τις [92] ἔστιν ἐπαΐων ὃν [93] δεῖ [94] καὶ φοβεῖσθαι καὶ αἰσχύνεσθαι μᾶλλον ἢ ξύμπαντας τοὺς ἄλλους; ᾧ εἰ μὴ ἀκολουθήσομεν, δεινῶς λωβησόμεθα· οὐκ ἄραγε, ὦ βέλτιστε, φροντιστέον ἡμῖν τί ἐροῦσιν ἡμᾶς οἱ πολλοί, ἀλλὰ τί τὸ ἐπαΐον τῷ δικαίῳ καὶ ἀδίκῳ, ἥτις ἐστὶν ἡ ἀλήθεια. »

Ταῦτα δὲ φανερῶς [95] ἐοίκασιν τοῖς ἡμετέροις μᾶλλον ἱεροῖς καὶ ἀποστολικοῖς λόγοις, ἐν οἷς φησιν ὁ Χριστοφόρος [96]· « Διὰ τῶν ὅπλων τῆς δικαιοσύνης τῶν δεξιῶν καὶ ἀριστερῶν, διὰ δόξης καὶ ἀτιμίας, διὰ δυσφημίας καὶ εὐφημίας, ὡς πλάνοι καὶ ἀληθεῖς, ὡς ἀγνοούμενοι καὶ ἐπιγινωσκόμενοι, ὡς ἀποθνήσκοντες, καὶ ἰδοὺ ζῶμεν, ὡς παιδευόμενοι καὶ μὴ θανατούμενοι, ὡς λυπούμενοι, ἀεὶ δὲ χαίροντες, ὡς πτωχοί, πολλοὺς δὲ πλουτίζοντες, ὡς μηδὲν ἔχοντες καὶ πάντα κατέχοντες. » — Τοιαύτην μὲν οὖν περὶ δικαιοσύνης καὶ θεαρέστου πολιτείας πάνυ Σωκράτης καὶ Πλάτων διδασκαλίαν ἐποιήσαντο, θαυμαστὴν ὄντως καὶ ἀξέπαινον τῇ φύσει τῇ λογικῇ τῶν ἀνθρώπων συμβαίνουσαν· τὰ γὰρ ἠθικὰ μαθήματα πάντας ἀνθρώπους ἡ φύσις ἐπαίδευσεν· διαπλάσας γὰρ [97] ἀνθρώπων [98] γένος **264** ὁ Θεὸς ἐνέθηκε [99] τῇ φύσει τῶν ἀγαθῶν καὶ τῶν ἐναντίων τὴν διάγνωσιν, ὁ καὶ παιδεύων ἔθνη καὶ διδάσκων ἄνθρωπον γνῶσιν. Διόπερ οὐ μόνον Σωκράτης καὶ Πλάτων καὶ ἄλλοι τινὲς τῶν Ἑλλήνων τὸν ἄδικον ἐβδελύξαντο βίον, ἀλλὰ καὶ (ἄλλοι) πολλοὶ τῶν βαρβάρων· καὶ γὰρ τοὺς Ὑπερβορέους οἰκεῖν μὲν ἐπὶ τὰ [1] Ῥίπαια ὄρη φασίν, ἀσκεῖν δὲ δικαιοσύνην μὴ κρεωφαγοῦντας, ἀλλὰ ἀκροδρύοις καὶ ὕδατι [2] χρωμένους, καὶ τοὺς Βραχμᾶνας ἐν ταῖς ὕλαις διάγειν, φύλλοις τὸ σῶμα καλύπτοντας καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον ἀσκοῦντας. Καὶ Ἀνάχαρσιν δὲ τὸν Σκύθην, φιλόσοφον (71ᵃ) γεγενῆσθαι λέγουσιν, καὶ οὕτως αὐτὸν ὁ τῆς φιλοσοφίας ἐνεπύρωσεν ἔρως [3], ὡς ὀνομαστότερον [4] διὰ πολλὴν ἄσκησιν καὶ σωφροσύνην γενέσθαι· οὐ γὰρ μόνον

Variæ lectiones et notæ.

[79] κατ' Αἰσχύλου οὐ δοκεῖ cod. [80] ἀφ. δή Plato. [81] ἔσται cod. [82] ἀ. τ. Ced. [83] τοιούτῳ Plato Ced. [84] τ. ἐστι Ced. τοιοῦτον εἶναι cod. — γυμνητέος cod. [85] διακειμένου codex. [86] γὰρ ἀδικῶν ὁ. Plato. [87] τίτεσθαι Ced. τίθ. codex. [88] ἵτω Plato.— μετ. Ced. [89] οὕτως add. Ced. [90] τὴν — δόξαν Ced. Locus Platonis? [91] φ. ἡ Ced. [92] ἥτις cod. [93] οὗ Ced. [94] δή cod. [95] Ταῦτα δὲ ταῦτα φ. cod. cf. 267 post med. Ταῦτα φ. cod., qui δέ post μᾶλλον habet. Locus Platonis? [96] Cor. vi, 7-10. [97] τοι τῶν add. Ced. [98] τό, add. Ced. et cod. [99] ἐντέθεικε Ced. [1] μὲν ὁ. ὑπὲρ τὰ Ced. [2] ὕδασι Ced [3] ἐ. ἐπύρωσεν Ced. [4] ὀνομαστότατον Ced.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

γρηγορῶν πρὸς τὰ τῆς ψυχῆς ἠγωνίζετο πάθη σιωπῶν καὶ ἡσυχάζων, ἀλλὰ καὶ καθεύδων τὰ τῆς ἐγκρατείας καὶ σωφροσύνης [8] ἐδήλου σημεῖα· εἰώθει γὰρ τῇ μὲν λαιᾷ χειρὶ τὰ αἰδοῖα κατέχειν, τῇ δεξιᾷ δὲ τὰ χείλη συνέχειν, ὑπεμφαίνων ὡς πολλῷ μείζων [9] ἐστὶν ἡ ἀγωνία τῆς γλώττης καὶ πλείονος [7] ἐπικουρίας εἰς ἀσφάλειαν δεῖται. [8] (18) Καὶ τὸν Χείρωνα [9] δὲ κένταυρον ἱστοροῦσιν Ἕλληνες δικαιοσύνης καὶ ἁγνείας γενέσθαι διδάσκαλον, ὡς καὶ Ὅμηρος μαρτυρεῖ τοῦτον δικαιότατον πεφηνέναι κενταύρων, διὰ πολλὴν δήπουθεν καρτερίαν καὶ ἐγκράτειαν, καὶ σώματος δουλαγωγίαν, καὶ σύμμετρον ἐπιμέλειαν· ὅθεν δὴ Πλάτων αὖθις ἐναργῶς, [10] διδάσκων φησίν· « Ἐπιμελεῖσθαι σῶμα δεῖ [11] ψυχῆς εἵνεκεν ἁρμονίας, » δι' οὗ βιοῦν τε [12] ἔστιν καὶ ὀρθῶς βιοῦν καὶ καταγγέλλειν τῆς ἀληθείας τὸ κήρυγμα. Τοῦτο δὲ [13] ὁ θεῖος ἔφη Παῦλος [14]· « Ὑπωπιάζω μου τὸ σῶμα καὶ δουλαγωγῶ· » τουτέστι πρὸς ἄσκησιν καὶ σύστασιν αὐτὸ μετ' ἐπιστήμης καὶ φρονήσεως γυμνάζω [15] πρὸς τὴν τῶν κρειττόνων συνεργίαν, οὐ πρὸς ἀσέλγειαν προνοοῦμαι [16]. (Ταύτῃ τοίνυν καὶ παραινεῖ φάσκων [17]· « Ἐνδύσασθε τὸν Κύριον Ἰησοῦν καὶ τῆς σαρκὸς πρόνοιαν μὴ ποιεῖτε εἰς ἐπιθυμίαν· » οὐ τὴν σύμμετρον καὶ ἀναγκαίαν **265** ἐπιμέλειαν τὴν πρὸς σύστασιν ἀπηγόρευσεν, ἀλλὰ τὴν ἀκολασίας μητέρα γαστριμαργίαν [18], ἐπήγαγεν εἰς ἐπιθυμίας δηλαδὴ βλαβερὰς καὶ ἀνοήτους· οὐ γὰρ τοσαύτην αὐτῷ προσφέρει [19] θεραπείαν ὡς κατασχιρτᾷν τῆς ψυχῆς, ἀλλ' ἵνα συνεργῇ καὶ καθυπουργῇ τοῖς ἐκείνοις ἀρίστοις ἐπιτηδεύμασιν.)

Συμπεφώνηκε τοίνυν κἀν [20] τούτοις ὁ Πλάτων εὖ μάλα τοῖς ἡμετέροις, τὴν ἀναγκαίαν καὶ δέουσαν ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι παρεγγυήσας τοῦ σώματος· ὑπέδειξε [21] πάλιν καὶ διεσάφησεν (καὶ) ὅπως ἄρχεται καὶ αὔξεται τῆς φαύλης ἐπιθυμίας καὶ κακίστης συνηθείας τὸ πάθος, φάσκων οὕτως· « Ἀρχὴ μὲν ἔρωτος ὄρασις, αὔξει δὲ τὸ πάθος ἐλπίς, τρέφει δὲ μνήμη, τηρεῖ δὲ συνήθεια· » διὸ καὶ Σωκράτης τὰ βλέμματα καὶ τὰ φιλήματα τῶν εὐμόρφων ὡς χαλεπώτερον σκορπίων [καὶ ὄφεων [22]] ἰὸν ἐντείνει [23] ἀποφεύγειν ἐδίδασκεν. Ὅθεν ἰδών τινα φιλήσαντα νέον εὔοπτον· « Οὗτος [24], ἔφη, ῥᾳδίως ἂν καὶ εἰς μαχαίρας [25] κυβιστήσειεν καὶ εἰς πῦρ ἐμπέσειεν, » ὁ τοσαύτην δηλονότι πυρὰν ἐν αὐτῷ κατατολμήσας ἀνάψαι. Διογένης δὲ θεασάμενος μειράκιον ἀσελγέστερον ἢ κατὰ ἄνδρα κεκοσμημένον, εἶπεν· « Εἰ μὲν πρὸς ἄνδρας, ἀτυχεῖς, εἰ δὲ πρὸς γυναῖκας, ἀδικεῖς. » Θηρῶσι [26] διὰ τοῦ καλλωπισμοῦ οἱ μὲν ἄνδρες τὰς γυναῖκας καὶ οἱ ἀνδρόγυνοι τοὺς ἄνδρας· καὶ μέντοι καὶ Ἀρκεσίλαος [27] εὐμόρφου ἦρα παιδὸς καὶ βουλόμενος αὐτὸν [28] φιλῆσαι, διεκώλυεν ἑαυτὸν φεύγων τὴν βλάβην. Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος οὐδὲ ἰδεῖν

A tur affectus, tacens et quiescens, sed etiam dormiens continentiæ et temperantiæ signa ostendebat; solebat enim sinistra quidem manu pudenda continere, dextra autem constringere labia, subindicans multo majus esse adversus linguam certamen et majori auxilio ad securitatem ei opus esse. Centaurum autem Chironem narrant Græci justitiæ et castitatis fuisse præceptorem, et hunc Homerus justissimum centaurorum visum fuisse testatur, ob magnam scilicet patientiam et continentiam, et corporis servitium et moderatam curam; unde Plato rursus aperte docens dicit: « Curare corpus oportet propter harmoniam animæ, » quo vivimus et recte vivimus et veritatem prædicamus. Hoc autem divus Paulus dixit: « Castigo corpus meum et B in servitutem redigo, » id est ad disciplinam et tolerantiam illud cum arte et prudentia exerceo, ad meliorum operum societatem, non ad lasciviam, ejus curam ago. Ideo similiter adhortatur dicens: « Induimini Dominum Jesum, et carnis curam non feceritis in desideriis, » non moderatam et necessariam curam, quæ fit ad sustentationem, prohibuit, sed incontinentiæ matrem ingluviem; addidit in desideriis, nocivis scilicet et irrationabilibus; non enim tantum ei affert famula tum ut insultet animæ, sed ut cooperetur et subserviat illis optimis studiis.

C His nostris valde consonat Plato, adhortans ut necessaria et ea qua eget corpori cura præbeatur; rursus ostendit et planum fecit quomodo incipiat et augeatur pravorum desideriorum et pessimæ consuetudinis affectus, dicens ita: « Initium quidem amoris aspectus, auget autem affectum spes, alit memoria, servat consuetudo. Ideo Socrates docebat in formosos aspectus et oscula, ut terribiliorem scorpionibus et serpentibus sagittam, cavere ne collaberentur. Unde videns aliquem formoso juveni dantem oscula: « Hic, inquit, facile super gladios capite demisso se conjiceret, et in ignem præcipitaret se, » qui scilicet tantum in se ignem ausus est accendere. Diogenes, conspecto adolescente luxuriosius quam viro deceat ornato, D dixit: « Si viris quidem, infelix es; si vero mulieribus, injustus es. » Cultu viri mulieres venantur, et semiviri viros. Arcesilaus formosum amabat puerum; quem cum cuperet osculari, obnixe prohibebat se ab hoc, noxam fugiens. Alexander ne videre quidem voluit Darii filias, speciosas nimis et virgines, turpe esse dicens et valde incongruum eum qui

Variæ lectiones et notæ.

[8] σ. καὶ ἐ. Ced. [9] μεῖζον Ced. [7] πλεῖον cod. [8] Περὶ τοῦ Χείρωνος κενταύρου Ced. 358,10 360,7. [9] Χειρώνιος cod. [10] ἐν ἀ. Ced. Resp. IX. 591 D. [11] σῶμα δή cod., δὲ σώματος Ced.? [12] δεῖ οὖν βιοῦντα cod. [13] T. καί Ced. [14] I Cor. IX, 17. [15] καί add. Ced. [16] προνοούμενος Ced. [17] Rom. XIII, 14. [18] διότι? [19] προσφέρει a secunda manu, διά a prima. [20] καὶ τ. Ced. [21] τε add. Ced. [22] καὶ ὁ. a sec. m [23] πεφυκότα add. Ced. [24] Οὗτος cod. sed cf. Xen. Mem. I. III., 9. οὗτος κἂν εἰς πῦρ ἅλλοιτο. [25] μάχαιραν cod.— κυβιστήσῃ — ἐμπέσῃ Ced. sed cf. Xen. [26] θηρῶσει γάρ cod. [27] Ἀγησίλαος Ced. [28] αὐτό Cod.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

viros ceperat a feminis vinci. Et Cyrus, Persarum rex, ne commisit quidem ut contemplaretur puellam quamdam eximiam, destinatam sibi et cujus pulchritudini resisti non posse testarentur, nedum recepit; quin etiam hanc assidue videntem et dicentem nihil ex hoc se experiri mali, hortabatur ut illud nec diceret, nec ageret : « Ignis enim, inquit, urit eos qui prope sunt, pulchritudo vero remotos quoque. « Quoniam igitur ex aspectu amor gignitur, et ex amore consensio fit, et ex consensione actus consummatur, propterea Christus intemperanter pascentem oculos adulterum judicavit, non actum solummodo, sed ipsam cogitationem inhibens, quod Habacuc obscure significabat, dicens : « Mundus est oculus tuus ne videat malum et respiciat ad labores doloris. » Rursusque Socrates, fortiter et diligenter vitandam esse docens intemperantiam, dixit : « Ne esurientes nimis comedant, nec sitientes multum bibant. » Enimvero Dominus tales beatos prædicavit dicens : « Beati pauperes, quia vestrum est regnum Dei; beati qui nunc esuritis et sititis, quia saturabimini, et beati qui nunc fletis, quia ridebitis. »

A τὰς Δαρείου θυγατέρας ἠνέσχετο [39] εὐειδεῖς ἄγαν καὶ παρθένους οὔσας, αἰσχρὸν εἰπὼν εἶναι καὶ λίαν ἄτοπον τὸν ἄνδρας ἑλόντα ὑπὸ γυναικῶν ἡττηθῆναι. [40] Καὶ Κῦρος, ὁ Περσῶν βασιλεὺς, οὐδὲ θεάσασθαι κόρην τινὰ θαυμασίαν ἀφορισθεῖσαν αὐτῷ καὶ ἀμήχανον κάλλος (71b) ἔχειν μαρτυρουμένην κατεδέξατο, ἀλλά γε καὶ τῷ ὁρῶντι συνεχῶς καὶ μηδὲν ἐκ τούτου πάσχειν δεινὸν [41] λέγοντι παρήνει μήτε λέγειν τοῦτο μήτε πράττειν. « Τὸ μὲν γὰρ πῦρ φησιν τοὺς πλησίον [42] ὄντας καίειν, τὸ **266** δὲ κάλλος καὶ τοὺς πόῤῥωθεν ἑστῶτας. Ἐπεὶ οὖν ἐκ τοῦ ὁρᾶν τὸ ἐρᾶν τίκτεται, καὶ ἐκ τοῦ ἐρᾶν [43] ἡ συγκατάθεσις γίνεται, καὶ ἐκ τῆς συγκαταθέσεως ἡ πρᾶξις τελεῖται [44], διὰ τοῦτο [45] ὁ Χριστὸς τὸν ἀκολάστως ἐστιῶντα τὰς ὄψεις μοιχὸν ἔκρινεν, οὐ τὴν πρᾶξιν μόνον, ἀλλὰ καὶ [46] ἔννοιαν ἀναστέλλων [47]. (Ὅπερ οὖν Ἀμβακοὺμ αἰνιττόμενος ἔλεγε [48]· « Καθαρὸς ὁ ὀφθαλμός σου τοῦ μὴ ὁρᾶν πονηρὰ καὶ ἐπιβλέπειν ἐπὶ πόνους ὀδύνης [49]. ») Ἔτι δὲ πάλιν Σωκράτης [50] φυλάττεσθαι σφόδρα καὶ παρατηρεῖσθαι τὴν ἀκρασίαν διδάσκων ἔφη, μὴ πεινῶντας λίαν [51] ἐσθίειν καὶ μὴ [52] διψῶντας πολλὰ πίνειν. Καὶ γὰρ ὁ Κύριος ἐμακάρισε τοὺς τοιούτους (φάσκων [53]· « Μακάριοι οἱ πτωχοὶ, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν· μακάριοι οἱ πεινῶντες νῦν καὶ διψῶντες, ὅτι χορτασθήσεσθε· καὶ μακάριοι οἱ κλαίοντες νῦν, ὅτι γελάσετε »).

B

Ubinam ergo sunt qui mollem et delicatam et voluptuariam vitam sectantur, et qui, quasi cum licentia et securitate totum mundum habeant, eo ad saturitatem utuntur cum voluptate et risu et turpiloquio et effusa lætitia, et absque ullo Dei timore; quibus omnis dies in deliciis teritur? appetitu enim tempus definiunt. Si enim summo mane fames invadat, confestim cibum apponunt; nam non hæc ad comestionem, illa ad orationem definita sunt eis tempora, sed omnibus intemperanter et indistincte et inconsiderate fruuntur, ut mensæ adoratores et ventris servi, quæ quidem mensa jure ac proprie vocaretur cathedra pestilentiæ et præsepe brutorum. Nisi enim ex multa insania et bestialitate obliti fuissent eum qui cuncta nostra perspicit opera, et de levissimo verbo quoque et de cogitatione pœnas exacturus est, num sane cum vaniloquio et malevolentia et risu et blasphemia a Deo datum cibum sumerent, non recordantes dicentis : Utique et « de otioso verbo rationem reddemus in die judicii et justificationis, et ex verbis nostris pravis condemnabimur » et « de ore tuo te judico, serve nequam. »

